QK. 183.
X1976177
2
Ve
1061

*In Nomine Jeſu Chriſti!*

Diſputatio Juridica,

*De*

# DONATIONE BONORUM UTENSILIUM SIVE GERADÆ SAXONICÆ,

*Quam,*

Conſenſu Ampliſſimi JCtorum Ordinis in Academiâ Lipſienſi

*Publicæ diſqviſitioni ſubjicit*

BENEDICTUS CARPZOV J.U.D. Conſiliarius Electoralis Saxonicus & Facultatis Juridicæ Ordinarius.

*Reſpondente*

GOTHOFREDO HERMAN Lipſ.

*Ad diem IX. Julii.*

In Auditorio JCtorum Petrino horis conſvetis.

*LIPSIÆ*

Typis Hæred. FRIDERICI LANCKISCH, Anno 1646.

VI.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0001-2

IN NOMINE JESU CHRISTI.

# *Diſputatio Juridica,*

De

# DONATIONE GERADÆ.

## *THESIS I.*

MAgnum eſſe mulierum in jure favorem 1.
nemo inficias ibit, qvi peregrinus haud eſt in jurispru-
dentiâ hoſpes, qvemq́; non latet beneficium SCti Velle-
jani, & jus prælationis in concurſu Creditorum, † qvo- 2.
rum illo mulieribus adverſus interceſſiones pro aliis ſuccurritur,
*l.1.& 2.ac tot.tit.ff.& C. ad SCtum Vellejan.* † Hoc autem dotes earum 3.
conſervātur, & jure præcedentiæ contra hypothecarios muniuntur,
*l.aſſiduis.12.C.qvi potior.in pignor.l.un.§.1.& ſeqq. C.de rei uxor.action.*
† utrumq́; ex cauſâ fragilitatis, *dict.l.2.§.verba 2.l.ſi mulier.22. C.eod.* 4.
*tit.* qvæ multa fœminis tribuit ſpecialia, Joſeph.Maſcard. *de probat.*
*vol.2.concluſ.1080.* Joh.Zanger.*de except.part.3.cap.11.n.3.& ſeqq.* &
ſingulari dotis reſpectu, *l.Reipublicæ.2 ff.de jur.dot.* † neutrum ex ſolo 5.
amore & honore, etſi nullo non reverentiæ voto à Legislatoribus
Imperatoriis aliâs mulieres novimus dignatas, adeò ut Juſtinianus
Imp.Theodoram ſuam venerabilem, §.*ult.inſt.de uſurp.*& † reveren- 6.
diſſimam in *Novell.8.cap.1.* appellare haud dubitaverit; affectu mo-
deratiori eo, † qvo alii Uxores ſuas ſanctiſſimas, dominasq́; ſaluta- 7.
vêre, *l.uxorem.41.in pr.ff.de legat.3. l.Titia.19.§.5.ff.de ann. legat.* Chaſ-
ſan. *in catal.glor.mund.part.2.conſiderat.31.* nec forſan malè, † ſi 8.
ſuaſu politicorum, Princeps utiliter ſæpe audiat Conjugem virtuo-
ſam ac prudentem, Lipſ.*in not.ad lib.2.polit.17.* participemq; conſilii
ſumat, *dict.Novell.8.* † ut vix abſq́; injuriâ, Juſtinianum dixerit uxo- 9.
rium Ant.Fab.*lib.8.conject.11.* nec imprudenter Rex Galliæ an. 1369.

Reginam ſecum Parlamento intereſſe voluerit, Choppin. *de Do-*
*man.gallic.lib.3.tit.5.n.3.*

II.

10. Magis † favent iis jura Saxonica in obligationibus, qvarũ nexu eas
ob imbecillitatem Judicii conſtrictas nolunt, ſi non conſenſus Cu-
ratoris acceſſerit, ſine cujus autoritate mulieres, ſive ſint maritatæ
ſive ſolutæ, Virgines aut Viduæ, non modo in judicio, ubi perſonam
11. ſtandi legitimam non habent, † ſed & extra judicium qvicqvam a-
gere, donare, vendere, aliovè modo contrahere prohibentur, Land=
recht *lib.1. art.44.& 46.ubi Gloſſ.n.2.lib.2.art.63.& Gloſſ.in art.30.n.4.*
*lib.3.Conſt.Elect.Saxon.15.part.2.*& ibi Dan. Moller. usq; adeò, ut nec
firma ſit mulierum obligatio absq; conſenſu Curatoris, † qvantum-
12. vis juramentum acceſſerit, Moller.*dict.loc.n.19. & ſeqq.* Joh. Zanger.
*dict.cap.11.n.201.*Andr.Tiraqvell.*de legib.connub. verb. En pouvoir de*
*ſon mary. Gloſſ.4.n.26.*Matth.Berlich.*part.2.concluſ.17.n.105.* qvippe
13. † qvod autoritas Curatoris ſit de forma contractus muliebris ſub-
ſtantiali, Andr.Rauchbar.*part.1. qvæſt.32.n.43.*qvâ omiſſâ, qvicqvid
actum eſt pro nullo habetur, Moller.*dict.loc.n.28.*Matt.Coler.*part.1.*
*deciſ.67.n.21.*at qvomodo confirmabitur juramento, qvod nullũ eſt?
*l.non dubiũ 5.C.de legib.l.ult.C.de non numer.pecun.*† nihil enim id ad-
14. dit actui ſuper qvo interponitur, nec obligationem auget vel exten-
dit, Udalr. Zaſ.*ad l.5.n.23.ff. de condict.cauſ.dat.cauſ non ſecut.*Octav.
Cacheran.*deciſ.92.n.6.*Pariſ.*conſil.12.n.76.*Mart.*de jurisd.part.4. cent.1.*
*caſ.16.n.10.* Tiraqvell.*in l.ſi unqvam.in præfat.n.165. C. de revoc.donat.*
† Licet ipſæmet mulieres ex juramento hoc obligentur, idq; ſine Re-
15. ligionis contemptu violare neqveant, Oldrad.*conſil.238.n.2.* per hoc
Deo obſtrictæ, *Eſa.45.v.25. in fin.* cui votum eſt reddendum, *Pſalm.*
*75.verſ.12.Num.30.verſ.3.cap.etſi Chriſtus.extr.de jurejur.* Natta *conſil.*
*506.n.14.*Pariſ.*vol.1.conſil.107.n.9.* Zaſ.*in l.ſtipulationes non dividuntur.*
*n.40.ff.de verb.obligat.*

III.

16. Pleniſſimo autem favore † mulieribus de jure Saxonico in ſucceſ-
ſionibus eſt proſpectum, qvo gaudent dotalitium ſeu Uſumfructum
17. duplicatum ejus, qvod nomine dotis illatum eſt, † pro ſingulis cen-
tenis decem aureorum penſione annuatim computatâ agnoſcen-
tes, *Conſt.Elect.42.part.2.*Hartm.Piſtor.*part.1.qvæſt.4.in pr. & num.1.*

Henn.

Henr. Bocer. *de donat. cap. 11. n. 2.* Jacob. Thoming. *deciſ. 29. n. 8.* Andr. Rauchb. *part. 1. qvæſt. 47. n. 21.* Matt. Coler. *part. 1. deciſ. 60. n. 11.* Schurff. *cent. 3. conſil. 51.* Jacob. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. qvæſt. 122. n. 132.* † Sponſalitiam largitatem ſeu Morgengabam, qvæ in omnis generis pecudibus fœmellis conſiſtit, capientes, Landrecht *lib. 1. art. 24. in pr.* Matth. Coler. *dict. deciſ. 60. n. 58.* Jacob. Schult. *in addit. ad Georg. Rotſchitz de dotal. art. 17. n. 1.* † Cibaria domeſtica, ſeu partem dimidiam de omnibus cibariis, aliisq; rebus ad commeſtibilia pertinentibus apprehendentes, Landrecht / *dict. lib. 1. art. 22. Conſt. Elect. 33. & 34. part. 3.* Joach. à Beuſt. *de connub. part. 2. cap. 71. verſ. tertio debentur etiam Uxori, &c.* Georg Rotſchitz *de dotalit. art. 18. n. 1.* Matth. Coler. *dict. deciſ. 60. n. 68.* & † Geradam petentes *dict. lib. 1.* Landrecht / *art. 24.* Harm. Piſtor. *part. 1. qvæſt. 31.* Beuſt. *dict. cap. 71.* Rotſchitz *de dotal. art. 12.* Joh. Schneidwin. *ad tit. inſt. de heredit. qvæ ab inteſt. defer. Rubr. de ſucceſſ. inter Vir. & Uxor. n. 40.* 18. 19. 20.

IV.

Qvatuor ſunt hæc jura muliebria, † Viduis ex bonis defunctorum maritorum, favore ſingulari attributa, qvibus ſufficienter iis conſultum, ſive cum Maritis de hiſce convenerint expreſsè ſive non, *dict. art. 22. & 24. lib. 1.* Landrecht. *Conſt. Elect. 37. part. 3.* Matth. Coler. *dict. deciſ. 60. n. 2.* Georg. Rotſchitz *de dotal. art. 8. & ſeqq.* Petr. Heig. *part. 2. qv. 27. n. 1.* Sed longè pingvius † cæteris ultimũ, nempè jus Geradæ. Tria enim priora ad ſucceſſionem in bonis maritorum ſunt reſtricta, *dict. Conſt. Elect. 33.* qvin & Viduis ſolis, nec tamen omnibus, ſed duntaxat Nobilibus competentia, nulla ſiqvidem ſucceſsio in dotalitio, ſponſalitiâ largitate & commeſtibilibus inter plebejos & ignobiles obtinet, *dict. Conſt. Elect. 37. part. 3.* At, jus Geradæ † multò latiùs ſe extendit, ſive enim ſit Virgo, vel mulier conjugata, ſive Vidua, qvæ ſuccedit, vel aliis obitu ſuo viam ſucceſsionis aperit, ac ſive nobilis, ſive ignobilis, indifferenter Gerada proximæ cognatæ, der nechſten Nifftel defertur, Landrecht / *lib. 1. art. 20. & lib. 3. art. 38.* Ita namq; duplex perhibetur Gerada, † Uxorum ſcilicet, vel potiùs Viduarum & Cognatarum, *Gloſſ. in dict. art. 38. & Gloſſ. in art. 24. lit. d. lib. 1.* Landrecht. Illa Viduis ex bonis & facultatibus defunctorum maritorum debetur: Hæc verò, vulgò die Nifftel Gerade (licet ex consuetudine & ſtatuto qvorundam locorum vocula hæc variet) 21. 22. 23. 24.

 † ab

25. † ab Uxore ante maritum decedente, vel etiam à Viduâ aut Virgine
ad proximum Cognatam transfertur. *Gloſſ. dict. art. 38. art. 27. lib. 1.*
Landrecht. Hartm. Piſtor. *part. 1. qvæſt. 32. n. 1.* Matth. Coler. *de proceſſ.*
*execut. part. 1. cap. 3. n. 256.*

V.

Nimirum † non minima pars eſt Gerada bonorum ac facultatum,
26. qvas tenent ac poſſident mulieres, qvæ licet non jure hereditario,
vel titulo ſucceſsionis hereditariæ, ſed beneficio Legis & ex ſpeciali
juris Saxonici proviſione ac privilegio defertur, Dan. Moller. *lib. 1.*
*Semeſtr. 11. n. 1. & ſeq.* Hartm. Piſtor. *part. 1. q. 31. n. 4.* Joach. à Beuſt. *de*
*jur. connub. part. 2. cap. 71. verſ. præterea etiam.* Modeſt. Piſtor. *part 1.*
*qvæſt. 14.* ubi Jacob. Schult. *in addit. n. 9.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ.*
27. *12. n. 58* † tantùm tamen abeſt, adminiſtrandi poteſtatem iis adem-
tam eſſe, ut etiam pro lubitu de Geradâ diſponere qveant; Ex qvo e-
nim hæc eſt de numero eorum, qvæ ſunt in commercio, nullâ prор-
ſus ratione ambigendum, qvin & licitè alienari, & in alios transfer-
ri poſsit, Matt. Weſemb. *in parat. ff. de ſuppell. legat.* Andr. Goldbeck.
28. *de jur. gerad cap. 7 membr. 1. n 1.* † idq; non modo per venditionem
ac permutationem, Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 13. part. 2. n. 13. & lib 2.*
39. *Semeſtr. cap. 6. in pr.* Goldbeck. *dict. membr. 1. n. 3. & 4.* † ſed & per do-
nationem *Addit. latin. ad art. 27* Landrecht *lib. 4 Gloſſ.* Weichbildt/
*art. 23. colum. pen. Conſt. Elect. 14. part. 2.* ubi Moller. Hartm. Piſtor.
*dict. qvæſt. 31. n. 12.* Jacob. Thoming. *deciſ. 6. n. 6.* Joh. Schneidwin. *ad*
30. *tit. inſtit. de donat. n. 18.* † vel oppignorationem, *dict. lib. 1.* Landrecht
*art. 24. & ibi Gloß. lit. O. Gloß.* Weichbild *citat. loc. col 12.* qvæ & ipſa
non malè vocatur alienatio, *l. ult. C. de reb. alien. non alien.* Fabian. de
Monte *in tract. de emt. qvæſt. 22. n. 10.* Rebuff. *in l. alienationis ff. de*
31. *Verb. ſignif.* aliumvè titulum alienationis, † qvò & referendam exi-
ſtimamus præſcriptionem, *dict l. alienationis 28. ff. de V. S.* nam &
Geradam præſcribi, expeditum eſt, Landrecht *lib. 2. art. 24. & 28.* ibiq;
*Gloß.* Weichbild *art. 21.* Chriſtoph. Zobel. *de different. jur. civil &*
32. *Saxon. lib. 1 diff. 11.* Moller. *dict. cap. 6. n. 5.* Nunqvam non † hinc
de Geradâ juſtè vel injuſtè alienatâ multum diſceptari videmus,
adeò, ut lites hæ omnium ferè aures vellicent, & in judiciis ſuperio-
ribus pariter ac inferiorum judicum ſubſelliis freqventiùs ventilen-
tur, tractentur ac decidantur; qvòd certè experiuntur, qvi functio-
nes

nes ſuſtinent judiciarias, & in Dicaſteriis de jure reſpondent; † in 33.
qvo nomen Geradæ haud ſortitur ſuum effectum, ſi ab æqvalitate,
qvam ratione feudi, rerumq; expeditoriarum inter liberos faciat,
eam nuncupatam, credamus Andr. Goldb. *de jur. Gerad. c. 1. n. 2. ex*
*Gloß. germ. dict. art. 24. lib. 1.* Landrecht. id colligenti, qvin potiùs verè,
qvantumvis lepidè dixerit, qvisqvis dixerit, die Gerade macht viel
Ungerades. † Imprimis verò donatio Geradæ freqventes gignit li- 34.
tes vel ex omiſsis ſolennibus, vel potiùs dolore præſumtô proximæ
Cognatæ, qvæ ſpe ſucceſsionis in Geradâ ſe fruſtratam animadver-
tit. De donatione itaq; geradæ, († cui de Jure Saxonico haut pau- 35.
ca inſunt ſingularia à jure Civili diſcrepantia, atteſtante Goldbeck.
*de jur. gerad. cap. 7. membr. 2. n. 1.*) in præſentiarum acturi, qvo juſtô
procedamus ordine, nec eqvum per caudam frenemus, ut loqvitur
Lancellot. *in l. nemo ff. de Legat. 1.* † diceemus (1.) Qvid & qvotuplex 36.
ſit donatio geradæ. (2.) Qvænam perſonæ, & qvibus geradam dona-
re qveant. (3.) Qvis modus donationis geradæ judicialis. (4.) Dona-
tionis extrajudicialis qvæ reqviſita. (5.) Solennia donationis antido-
ralis qvænã? (6.) Et qvis donationis hujus effectus? Capitibus hiſce
ſex totam donationis geradę materiam Deo adjuvante explanantes.

## CAP. I.

### *Qvid & qvotuplex ſit Donatio Geradæ.*

VI.

Gerada, (dicta † qvaſi Gerethe *Gloß in pr. art. 23.* Weichbild/Joach. 1.
à Beuſt. *de jur. connub. part. 2. cap. 71. in pr.* germanico idiomate, qvo
& aliæ in foro Saxonico leguntur voculæ literis Latinis expreſſæ, ut
Morgengaba, Guaranda, Werigeldus, &c.) ſeu bona utenſilia, qvæ-
nam ſint, † qvæq; res ad geradam ſpectent; referre jam ſuperſede- 2.
mus, nec noſtri id eſt inſtituti, præſertim cum jamdudum alii hunc
in ſe ſuſceperint laborem, eumq; præ reliqvis accuratiùs expedive-
rint Hartm. Piſt. *part. 1. qv. 32.* & Andr. Goldbeck *de jur. gerad. c. 4.*
proferentes Lipſienſium, Wittebergenſium aliorumq; reſponſa, in
qvibus res geradicæ ſpeciatim recenſentur; qvos adeat, qvi harum
catalogum legere appetit. Nec † unqvam regulâ certâ res geradi- 3.
cas deſcribere licet, poſtqvam plerisq; in civitatibus provinciarum
Saxonicarum, ſtatuta pariter & obſervantia haud parum bona u-

tenſi-

tenſilia variaverint, qvâ, uti in reliqvis juris Saxonici articulis, ita &
4. hîc præciſè ſtandum, † qvippe cujus autoritas ex ſolo uſu & obſervantia dependet, usqve adeò, ut Phœnix JCtorum Saxonicorum Hartmannus Piſtoris ſcriptum reliqverit, errare eos, qvi juris Saxonici cognitionem magis ex libris, qvàm uſu & obſervantiâ ſibi parare ſtudent, *part.1.qvæſt.16.n.11.& part.2.qvæſt.25.n.35. & qvæſt 26.n.18.*
5. Qvin † & res per ſe & ſui naturâ geradica, talis haut eſt, ſi non reperiatur in poſſeſſione Mulieris, qvæ potiſſima & propinqva geradæ cauſa habetur, Weichbild *dict. art.23. Gloſſ. Latin. art.38. lit.e. lib.3.*
6. Landrecht. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part.1. cap.3. n.256.* † ex poſſeſsione ſiqvidem præſumitur dominium, *l. ſicut 8. § & ſi. ff. ſi ſervit. vindicet. Dd. in l.2 C. de probat. l. ult. C. de rei vindicat.*
7. † Qvare ſi controverſia oriatur ſuper re aliqvâ, qvam Uxor vel hujus Cognata ceu ad geradam, maritus autem, ejusvè heredes tanqvam ad bona hereditaria pertinentem, ſibi vendicare velint, veram tribuit deciſionem poſſeſsio, de qva ſi Cognata doceat, res erit geradica; ſi verò in mariti poſſeſsione fuerit reperta, ut hereditaria aſsignabitur marito vel ejus heredi, *Gloſſ. dict. art.23.* Weichbild. Matth. Coler. *part.1. deciſ.60. n.45.* Andr. Goldbeck *de gerad. cap.3. n.15.*
8. † in tantùm, ut licet maritus res ad geradam pertinentes, vel ipſemet comparaverit, vel à priore conjuge jure ſtatutario lucratus fuerit, Viduæ tamen ſuperſtiti, vel defunctâ eâ ante maritum, Cognatæ debeantur, ſi in poſſeſsione mulieris fuerint inventæ, non modo ex cauſa poſſeſsionis,
9. † qvæ ſufficientem decidendi rationem præbet, ut verè hinc dicatur melior conditio poſsidentis, *cap.6. extra de præſcript.* Alphonſ. de Azevedo *in Conſt. Hiſpan. Reg. lib.4. tit.15. l.3. n.2.* Ariſinin. Tepat. *in*
10. *compend. deciſ. tit.558. cap.18. verſ. poſſeſſionis cauſâ.* Sed etiam † qvod maritus res ejuſmodi poſſeſsioni ac cuſtodiæ uxoris committens donare cenſeatur, qvòd benè facere poteſt, *arg. l. ſicut certo 5. § interdum. 10. ff. commodat.* Hartm. Piſtor. *dict. qvæſt.31. n.11. & 37.* Sicuti
11. † econtra catenæ, armillæ resve ſimiles ad ornatum muliebrem vel uſum rei familiaris communem pertinentes, non Viduæ vel ejus heredibus cedunt, ſi maritus eas Uxori qvandoq; commodaverit saltèm, mox verò ad ſe receperit, nec cuſtodiæ illius reliqverit.

VII.

12. Manifeſtum hinc eſt, † in dijudicandis bonis utenſilibus, duo

ſem-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0008-1

ſemper attendi, ſcilicet, num in mulieris poſſeſſione reperta fuerint: & ex loci cujusq; conſuetudine vel ſtatuto inter res geradicas referantur, Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 32. n. 6.* Andr. Goldbeck *de jur. gerad. cap. 3. n. 13.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 1. cap. 3. n. 256.* † Nominatim verò, qvæ de jure communi Saxonico tales ſunt, recenſentur 13.
*in art. 23.* Weichbild/ *& art. 24. lib. 1.* Landrecht. vel ſaltem bona aliqvâ conſeqventiâ juſtâq; ratione iis adjunguntur, *dict. art. 24. verſ.* Was über dieſe. Goldbeck *dict. cap. 4. n. 71.* † Ubiq; autem locorum orna- 14.
tus muliebris res geradicas ſuppeditat, qvi ſi modicus non eſt, ſupprimendum potiùs videtur jus geradæ, qvàm permittendum ac dilatandum. Sanè deplorandus eſt in margaritis, gemmis, & aliis lapillis precioſis nimius hominum noſtrorum luxus, qvi vix alio, qvàm jure ac titulo geradæ licito ſuſtinetur, † at non ſine injuria & damno 15.
Reipublicæ, dum in emendis ejuſmodi mercibus, aurum & pecunia ad exteras defertur gentes, de qvo olim Tyberium in Senatu conqveſtum fuiſſe, inqvit Tacitus *lib. 3. annal.* hiſce formalibus: Lapidum causâ, pecuniæ noſtræ ad exteras aut hoſtiles gentes transferuntur; ubi Lapidum nomine Lipſius gemmas & uniones intelligit, *in not. ad dict. loc.* † atq; ita margaritis & unionibus, ſive ut Ale- 16.
manni vocant, mit Steinichen und Beinichen/ debita conflant ſubditi, econtra negotiatores diteſcunt, & immenſas opes acqvirunt, Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 2. c. 11. n. 15.* Herm. Lather. *de cenſu lib. 3. cap. 10. n. 9. & 13.* † Amentia nempè hæc eſt mulierum, ex 17.
qvâ in maritos calamitas redundat, qvorum marſupium in comparando ejusmodi ſaſtu uxorum deſideria nunqvam ſatiare poteſt, ut verè liceat exclamare: Pompa & faſtus mulierum in humeros maritorum recidunt, & qvę ab illis in luxum profunduntur, damna ſunt & calamitates ipſorum. † veluti aliqvando de aulicorum pom- 18.
pâ, & calamitate ſubditis hinc accedente, in commotione Pariſianâ veteramentarius ſutor dicitur exclamâſſe, teſte Gaguino *lib. 9. rer. gallic.* Johan. â Chokier. *lib. 2. politic. aphoriſ. cap. 10. pag. 93. n. 13.* † Cave- 19.
ant ergò mariti, ne hanc qverelam nimiâ ſibi attrahant licentiâ, nec uxores dominari patiantur, qvod proprium eſt eorum, qvi verbera uxorum timent & excipiunt, qvos propterea maritellos vocat Bald. *in l. curatorem. C. de interdict. matrim. inter pupill. & tutor.* qvin potiùs intra limites qvovis modo eas continere ſtudeant, † ne modeſtię 20.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0009-1

fines ac modum in conqvirendis bonis utenſilibus excedant, & facultates couſumant, licet artificii † id levis non ſit, juxta illud germanicum: Weiber regieren iſt eine ſchwere Kunſt/Adam Keller *de offic.jurid.polit.cap.18.pag.504.* Facient enim hoc ipſo Mariti, qvod ſui eſt officii, & jus geradæ ab omni abuſu ac invidiâ vindicabunt.

21.

IIX.

Cognitâ geradâ ejusq; naturâ & qvalitate, diſpiciendum qvoq; † qvid ſit donatio? Hoc eqvidem ipsâ notante voculâ, nemini non poteſt eſſe clarum & manifeſtum, niſi qvi à datione doni eam nuncupatam, negare auſit. Juridicum autem ſi petas intellectum, in bivio res eſt conſtituta: Sunt enim qvi donationem † contractum eſſe contendunt, *per l. contractus. 17. C. de fide inſtrum. l. ſi donationis. 7. C. de his, qvæ vi metusvè causâ. l. donationes. 26. C. de donat. inter Vir. & Uxor.* Jul. Clar. *lib. 4. ſentent. § donatio. qvæſt. 1. n. 2.* Anton. Gomez. *tom. 2. variar. reſolut. cap. 4. in pr.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. tit. 3.* Althuſ. *dicæolog. cap. 82. n. 2.* Rurſus alij † per modum acqvirendi dominii eam definiunt, ex methodo Juſtinianeâ *in § ult. inſt. de uſu & habit. junct. tit. de uſucap. & tit. de donat. pr. & § ult. inſt. eod. tit.* Joh. Harppr. *in pr. dict. tit. n. 2. & ſeqq.* Henr. Bocer. *de donat. cap. 1. n. 9.* ſed neutrum placet: Non illud, † qvia donatio nec proprium nomen, nec negotium ſeu συνάλλαγμα habet, ſed ſolo perficitur conſenſu *l. ſi qvis argent. 35. § ſed ſiqvidem. 5. C. de donat.* cui vocula donationis haut conveniens eſt: qvorum alterutrum tamen contractus ſubſtantiam intrat, † qvi rectè definitur conventio ſeu pactum, habens συνάλλαγμα, Anton. Fab. *in Ration. ad l. jurisgentium. 7. §. 1. ff. de pact.* vel eo deficiente, nomen proprium ac legitimum, Cujac. *in parat. ad tit. C. de pact.* Neq; hoc: † qvia donatio, qvâ talis, dominium non transfert, ſed ſaltem actionem parit, *dict. l. ſi qvis. 35. §. ſi. 5. C. de donat.* Rectiùs dixerimus † donationem eſſe pactum legitimum, qvippè qvod lege aliqvâ confirmatur, *l. legitima 6. ff. de pact.* Förſt. *de pact. cap. 9. n. 26.* Pactum verò ſeu conventionem donationis lege Juſtinianeâ confirmatam ecqvis inficias ibit? *dict l. ſi qvis argentum. 35. § 5. & § alia autem, inſt. de donat.* Henr. Bocer. *dict. c. 1. n. 5.*

22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.

IX.

29. Qvibus ita poſitis † difficile neqvaquam eſſet definire donationem Geradæ, niſi ratio juris Saxonici ſpecialis obſtaret. Præcisè ſiqvidem

qvidem hoc reqvirit traditionem, ſine qvâ donatio nunqvam ſubſiſtit *Conſt. Elect. 13. & 14. part. 2.* † Cum autem ex traditione domini- 30.
um acqviratur, non obligatio, *§. per traditionem. inſt. de rer. diviſ. l. qva ratione 9. §. hæ qvoq; res. 3. & §§. ſeqq. l. traditio. 20. & l. nunqvam 31. ff. de acqvir. rer. domin.* tutò definire haut licet donationem geradæ † per pactum legitimum, contractum, vel conventionem 31.
qvæ domininm non rransfert, ſed ſaltem obligationem parit, 32.
*l. Labeo 19. ff. de Verb. ſignif. l. 1. §. 1. ff. de obligat. & action. §. ſeqvens diviſio. inſt. de obligat.* Qvid ergo? † Non facilè JCti Logicorum Regulis exactis ſeſe obſtringunt, Cælius Calcagninus *diſqviſ. in offic. Cicer.* qvia norunt, definitionem in jure eſſe periculoſiſſimam *l.* 33.
*omnis rer. ff. de Reg. jur.* † qvam legem, ſi qvis cum Alciato *6. paradox. cap. pen.* & Alardo Amſterodamo *in not. ad cap. 7. lib. 2.* Rudolph. Agricol. *de invent.* de Logicâ definitione interpretatus fuerit, habebit pro ſe vocis ſignificationem propriam, à qvâ non facilè recedendum *l. 69. in pr. ff. de legat. 3.* Haud tamen veremur definire donationem 34.
geradæ, † qvod ſit Actus juris Saxonici inter vivos legitimus ac ſo- ,,
lennis, qvo gerada in aliam transfertur perſonam. Ponimus generis ,, 35.
loco, Actum, † qvia verbum hoc generale eſt, lateq́; patet, & omnia, qvæ qvovis modo aguntur comprehendit, *l. obligationum 3. §. 1. in fin. ff. de obligat. & action. l. Labeo. 19. ff. de Verb. ſignif. l. heredes palàm. 21. in fin. ff. qvi teſtam. fac. poſſ. l. ſtipulatio iſta, 38. §. in ſtipulationibus. 18. & l. eum, qvi 41. in pr. ff. de Verb. obligat. l. non omnis 19. in pr. ff. de negot. geſt. l. ult. in pr. ff. commun. prædior. l. actus. 77. ff. de reg. jur.* Qvantumvis ergo Geradæ donatio non eſt pactum ſeu conventio, neq; contra- 36.
ctus, qvin tamen † ſit actus, & qvidem ad transferendam & acqvirendam geradam directus, ut notant verba definitionis finalia, ambigendum planè non eſt. Reliqva formam inferunt ſpecificam hu- 37.
jus donationis. † Ex qvo enim de jure civili incognita prorſus eſt Gerada, Andr. Goldbeck *de jur. gerad. cap. 3. n. 6. & 7.* & per conſeqvens etiam hujus donatio, non immeritò jus Saxonicum intrat definitio- 38.
nem, † qvippè, qvod certas huic actui præſcripſit ſolennitates, ac leges, qvibus actus donationis ab aliis juris communis actibus ſpeci- 39.
ficè diſcernitur: † Qvalemcunq́; igitur vel obligationis, vel acqviſitionis actum ex jure civili proferas, peculiari ſemper & diſtinctâ donatio geradæ, ſuâ conſtabit formâ.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0011-8

Non ſimplicitor tamen per actū definire lubet donationem geradę,
40. † ſed certâ qvâdā lege reſtringimus eā ad negotia & actus inter vivos,
qvò excludamus donationē mortis cauſâ, per qvam non transfertur
gerada in præjudiciū proximę Cognatę, ſicuti nec † per aliam ultimā
41. voluntatem, *Conſt. Elect. 14. part. 2. Gloſſ.* Weichbild *art. 23. Gloſſ.* Le-
henrecht *c. 57.* Chriſtoph. Zobel, *part. 2. differ. 9.* Andr. Rauchbar. *lib. 1.*
*qvæſt. 32.* Jacob. Thoming, *deciſ. 6. n. 6.* Dan. Moller. *lib. 1. Semeſtr. c. 11.*
*& lib. 5. differ. 23.* Andr. Goldb. *cap. 7. membr. 2. n. 47.* Johan. Schneidw.
*ad tit. inſt. de donat. ſub rubr. de donat. mort. cauſ. n. 17.* Idq; expeditum
42. verè eſt, † licet de ratione multùm ſint anxii Dd. ut videre eſt apud
Dan. Moller. *dict. lib. 1. ſemeſtr. 11.* & Goldb. *dict. membr. 2. n. 57. usq; ad*
*fin.* qvi poſterior in examinandis & refellendis aliorum opinioni-
bus admodū eſt prolixus, ut neceſſum non habeamus ulteriori nos
dare indagationi, conſtrictim tamen & extremis qvaſi digitis rem
43. tangentes † dicimus, favore proximæ Cognatæ prohibitum eſſe ge-
radam per ultimam voluntatem in aliam transferre perſonam, ne
qvod legi ſpeciali & jure cognationis ei defertur, jure hereditario
rurſus adimatur, ac proinde fiat hereditarium, qvod tale ſui naturâ
haut eſt, Modeſt. Piſtor. *part. 1. qvæſt. 14.* ubi Jacob. Schult. *in addit. n. 9.*
Matt. Coler. *part. 1. deciſ. 12. n. 58.* Goldbeck *dict. membr. 2. n. 85. & ſeqq.*
44. † veluti hanc rationem innuunt verba *dict. conſt. 14.* durch *Teſtament*
oder andern letzten Willen kan die Gerade der Nifftel zu Nachtheil
45. nicht verändert werden. Nec eſt, † qvod per donationem inter vi-
vos Cognatæ æqvè præjudicari dixeris? qvia hoc rariùs forſan acci-
dit, adeoq; in conſiderationem non venit, *l. nam ad ea. ff. de legib.* Nec
enim mulieres, utpote naturâ ſuâ ad rem attentiores, tam facilè in-
46. ter vivos donant, qvàm mortis cauſâ, † qvo caſu translatio ad mor-
tis momentum, ubi ipſarum ceſſat dominium, differtur, *l. ſi ego in fin.*
*ff. ad SCtum Vellejan. & l. ſi à ſponſa. §. qvod ſi ſponſa. C. de donat. ante*
*nupt.* Jacob. Thoming. *dict. deciſ. 6. n. 9.* tantumq; abeſt, donationem
47. inter vivos in muliere præſumi, † ut potiùs monſtro ſit ſimile, qvod
mulier donet, prout colligit *ex Gloſſ. in l. Neſennius. §. ex contrario. ff.*
*de negot. geſt.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 1080. n. 30.* Andr.
Tiraqvell. *de legib. connub. l. 9. n. 43.* Bertrand. *lib. 1. conſil. 41. in dub. 1.*
48. Stante hâc ratione, expeditum eſt, † ſubſiſtere donationem mortis

cauſâ, & ultimam voluntatem de bonis utenſilibus, ſi proxima Cognata in eam conſenſerit, Goldb. *dict. membr. 2. n. 67. & ſeqq.* † qvia 49.
volenti non fit injuria, *l. cum donationis. C. de tranſact. l. qvod qvis ff. de reg jur.* licitumq́; eſt unicuiq́; favori pro ſe introducto renunciare, *l. ſi qvis in conſcribendo C. de pact. l. ſi judex ff. de minor.* Et clariùs hoc exprimitur † verbis *Gloſſ.* Lehenrecht *cap. 57.* Ihr ſollet auch wiſſen / 50.
daß kein Weib jhre Gerade vergeben mag / ohne der nechſten Geſpüne Willen / qvæ ex conſuetudine fori Saxonici, ſunt reſtringenda ad alienationem per ultimam voluntatem, teſte Moller. *ad dict. Conſt. Elect. 14. in pr.* Goldbeck. *dict. membr. 2. n. 68.* ex qvibus † argumento à 51.
contrario ſenſu, qvod in jure habetur fortiſſimum, *l. 1. ff. de offic. ejus cui mandat. eſt jurisdict.* aſſertio noſtra ſatis evincitur.

XI.

Cæteroqvin, ſi proxima Cognata donationi mortis cauſa, vel diſpoſitioni teſtamentariæ de bonis utenſilibus non conſenſerit, † ea 52.
indifferenter corruet, nec ullo juvari poterit prætextu, propter generalitatem prohibitionis *in dict. Conſt. Elect. 14. part. 2* qvæ & generaliter accipi debet, *l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtand.* Parum itaq; efficiet donatarius ſe fundans † in donatione, vel teſtamento peſtis tem- 53.
pore condito, ut maximè aliàs in hoc multa de ſolennibus juris cenſeantur remiſſa *l. caſus. 8. C. de teſtam. Conſt. Elect. 4. part. 3.* Virgil. Pingitz. *qvæſt. 20. n. 40. & ſeqq.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 118. n. 17.* Qvin nec † per donationem omnium bonorum mortis causâ factam ge- 54.
rada validè alienatur, Apoſtil. *ad Gloſſ.* Weichbild *art. 23. in pr.* † nec 55.
favore piæ cauſæ donatio ejusmodi bonorum utenſilium ſubſiſtit, Matth. Weſemb. *in parat. ff. de mortis cauſ. donat. n. 5.* Goldbeck. *dict. membr. 2. n. 54.* † Siqvidê prohibita donatione in genere, cenſetur et- 56.
iam prohibita donatio ad piam cauſam, Andr. Tiraqvell. *de privileg. piæ cauſ. privileg. 130.* Ac licet donatrix alibi extra provincias Saxonicas omnia ſua mobilia alicui in caſum mortis donaverit, † non eò 57.
magis tamen donatarium res geradicas petentem audiendum fore dixerimus, ſi donatrix in provinciam aliqvam Saxonicam, ubi gerada viget, ſe contulerit, & domicilium acqviſiverit, ibiq́; è vivis diſceſſerit, Goldb. *dict. membr. 2. n. 58. & ſeqq.* Immutato namq; † do- 58.
micilio, non niſi ex juribus & conſuetudine novi domicilii, qvævis ultima diſpoſitio vires ſuas conſeqvitur, irritâ factâ priori diſpoſi-

tione ex qvaſi ſubſecutâ qvadã capitis diminutione, *§. alio autē modo*
*& § ſeq. inſt. qvib. mod. teſtam. infirm. l. ſi qvis. § irritum. ff. de injuſt. rupt.*
*& irrit.* perinde, ut & bona mobilia ex novo defunctę donatricis do-
micilio immutata cenſentur, † qvia affixa ſunt oſſibus ac perſonæ e-
59. jus in loco, ubi domicilium fovet, Bald. *in l. mercatores. n. 1. C. de com-*
*merc. & mercat.* Matt. Coler. *de proceß. execut. part. 1. c. 3. n. 230.* Jacob.
Schult. *part. 1. qv. 39. n. 12.* Oldra. *conſil. 83. n. 3.* Bertrand. *conſil. 121. n. 3.*
*vol. 3.* † ita, ut non magis à perſonâ ejus ſeparari qveant, qvam anima
60. à corpore vivo, Coler. *dict. cap. 3. n. 240. verſ. adeò ut mobilia, &c.* Chaſ-
ſan. *in conſvet. Burgund. verb. des confiſcations, Rubr. 2. §. 1. Gloß. 7.*
61. † Qvid verò, ſi mulier in pactis dotalibus de geradâ diſponere, eamq;
in maritum conferre velit? Fas hoc ipſi eſſe, pactaq; dotalia ſubſiſte-
re, † aſſerit Goldbeck *de jur. gerad. cap. 7. membr. 1. num. 13. & ſeqq.* ex
62. hoc unico fundamento, qvod pacta dotalitia de conſuetudine to-
tius ferè germaniæ, præſertim verò inter conjuges ſint ſervanda, in
eamq; † ſententiam in caſu, qvo in pactis dotalibus inter Maritum
63. & Uxorem convenerat, ut Uxor poſt mortem Mariti caperet gera-
dam ſecundùm jura Francorum, à Scabinis Lipſienſibus Anno 1601.
pronunciatum, refert. Sed valdè periculoſa eſt hæc aſſertio, † qvam
64. ratio illa generalis parum juvat. Ut maximè enim Conjuges ex pa-
ctis dotalibus obligari conceſſerimus, qvod ſanè ita eſt, *Conſt. Elect.*
*44. part. 2.* Hier. Schurff. *cent. 2. conſil. 17.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 61.*
*n. 18.* neqvaqvam tamen ad res geradicas qvicquam inferre inde li-
cet, qvippe qvæ † ſub diſpoſitione generali haut comprehendun-
65. tur, ceu ſpecialiter privilegiatæ, *arg. l. decurionibus 3.* ubi Bartol. *C. de*
*ſilentiar.* Theod. Reincking. *de regim. ſecul. & eccleſ. l. 1. claß. 4. c. 5. n. 15.*
nec qvalitas geradæ admittit, ut in pactis dotalibus de ea diſpona-
tur. Qvod certè minus dubium habet in iis, † qvæ ſunt concepta
66. de ſucceſſione hæreditatis in vim ultimæ voluntatis, per qvam gera-
da transferri neqvit, *ſupra th. 10.* ſed etſi ſubſiſtant pacta dotalia in
vim contractus, non magis tamen valebunt qvoad diſpoſitionem
67. geradæ, † qvia non aliter hæc donari poteſt, qvam per realem ac ſo-
lennem traditionem, *Conſt. Elect. 13. & 14. part. 2.* ita, ut ſtatim tranſ-
feratur dominium. *§ per traditionem. inſt. de rer. diviſ.* At pacta dota-
lia translationem dominii ſuſpendunt, ſuumq; effectum poſt mor-
tem demum ſortiuntur, Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 126. n. 6.* Erneſt.

Coth-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0014-5

Cothman. *vol. 2. conſil. 78. n. 176.* † Ex ſententiâ porro Scabinorum Lipſienſium à Goldbeccio allegata, diſpoſitio de geradâ in pactis dotalibus facta, non evincitur; poſtqvam in propoſitâ facti ſpecie, non Uxor ſed Maritus fecerat promiſſionem de rebus mobilibus, qvas demum poſt mortem ſuam Vidua, nomine geradæ, capere deberet; Eô itaq; tempore, qvo confecta fuerunt pacta dotalia, nondum extiterunt res geradicæ, qvarum † capax haut fuit maritus Landrecht. *lib. 1. art. 27. & lib. 3. art. 15.* Coler. *part. 1. deciſ. 43. n. 7.* tantùm abeſt, ut in pactis dotalibus de iis diſpoſuiſſe cenſeretur. 68. 69.

XII.

Per nullum ideoq; pactum, in caſum mortis directum, vel teſtamentum gerada transferri poteſt. At † num ſaltem in teſtamento per donationem inter vivos? Ita ſanè diſtingvit Andr. Goldbeck. ut aliud ſit alienare per teſtamentum, & aliud, in teſtamento alienare per actum aliqvem inter vivos, *de jur. gerad. cap. 7. membr. 4. num. 74.* Idq; probare annititur ex eo, † qvod contractus etiam in teſtamento celebrari poſſint, *dict. membr. 4. n. 26. l. 1. §. 3. l. aſſignare. 7 ff. de aſſign. libert. l. 26. ff. de pignor. act.* † qvam ſententiam dicit communem Jul. Clar. *lib. 3. ſentent. §. teſtamentum qvæſt. 75.* Salycet. *in l. cum antiqvitas 28. C. de teſtam.* Reuſner. *de teſtam. part. 3. cap. 28. n. 7.* Gilken. *in dict. l. cum antiqvitas.* Dan. Moller. *lib. 5. differ. 5.* Sed concеſſerimus eam, vel de ſolâ teſtamenti ſcriptura, vel actu teſtamento poſt ejus perfectionem annexo. † In ipſa autem teſtamenti factione, qvæ uno contextu agi & perfici debet, *l. hâc conſultiſſima 21. C. de teſtam.* tantùm abeſt, contractum vel donationem inter vivos celebratam, ſalvo teſtamento ſubſiſtere, ut verbis potiùs expreſſis, actum alienum teſtamento intermiſcere, prohibitum ſit, *l. heredes palàm 21. §. uno contextu ult. ff. qvi teſtam. fac. poſſ. l. cum antiqvitas 28. C. de teſtament.* † qvam prohibitionẽ repetitã legimus *in Receſſ. Imperii Colonienſ. de an. 1512. tit.* von Teſtamentẽ. §. Nun die Form eines Teſtaments. *verſ.* Alsdeñ deſſelben Tages. Andr. Fachin. *lib. 5. controverſ. jur. 32. verſ. ego verò priorem.* Joh. Harppr. *ad §. 3. & 4. n. 6. & ſeqq. inſt. de teſtam. ordinand.* Helfric-Ulricus Hunn. *lib. 2. var. reſolut. jur. civil. tract. 5. qvæſt. 4.* Stuck. *part. 1. exercit. Juſtin. decad. 6. aſſert. 3. lit. e.* Et ſi omninò communi ſententiæ qvid indulgendum, vix qvicqvam roboris accedere poteſt teſtamento, in qvo donatio geradæ eſt peracta; † Reſtringunt ſiqvidem 70. 71. 72. 73. 74. 75.

dem vulgò prohibitionem actuum alienorum in teſtamento ad eos actus, qvi penitus ſunt extranei à teſtamento, Dion. Gothofr. *ad dict. l palàm 21. §. ult. lit. q.* Jul. Clar. *dict. qvæſt. 75.* qvalis profectò eſt donatio geradæ, qvæ per realem perficitur traditionem, & peculiares reqvirit ſolennitates, absq; dubio prorſus alienas à teſtamenti factione: Fieri ergò haut poteſt, ut eã non impediant, prout eſt in aprico.

XIII.

Cæterum non uno eodemq; modo perficitur donatio geradæ, ſed
76. † diverſimodè, vel in judicio; vel extra judicium; qvandoq; etiam remuneratoriè & per reciprocationem. Qvæ diverſitas triplicem nobis ſuppeditat ſpeciem donationis geradæ, ita, ut alia ſit judicia-
77. lis: alia extrajudicialis: & alia antidoralis ſeu remuneratoria. † Primò enim regulariter, & utplurimùm gerada in judicio, vel coram perſonis, judicii nomine ad hoc deſtinatis ſolet donari, certis adhibitis ſolennitatibus, *Conſt. Elect. 14. part. 2.* qvæ ſpecies donationis au-
78. toritate judiciali firmatur, nec parũ inde roboris accipit, † ea namq; actibus robur dat perfectiſſimum, omnemq; læſionis ac fraudis præſumtionem excludit, *cap. in præſentiâ 6. extr. de renunciat. cap. ſicut nobis 16. §. ult. extr. de ſentent. & re judicat. l. 1. C. de præd. & aliis reb. mi-*
79. *nor. l. pacta noviſſima 12. C. de pact.* † fidemq; meretur pleniſſimam, *cap. bonæ memoriæ 23. in med. extr. de elect. cap. cum Johannes Eremita. 10. extr. de fide inſtrum. l. in exercendis. 15. C. eod. tit. l. 31. C. de novat.* Matt. Weſemb. *in parat. ff. de probat. n. 14.* Felin. *in cap. qvoniam contra 11. extr. de probat. n. 12.* Joach. à Beuſt *ad l. admonendi 31. n. 682. ff. de jure-*
80. *jur.* † Deinde extra judicium donatur gerada, ſi vel copia judicis haberi neqveat, vel donatrix aliâ ex causâ judicem hoc nomine compellare nolit, qvæ donatio licet extrajudicialis ſit, ſuas tamen habet ſolennitates certas, qvin & in præſentiâ duorum vel trium teſtium, vel etiam Notarii & teſtium fiat neceſſe eſt, *dict. Conſt. Elector. 14. §.*
81. **So aber eine ihre Gerade auſſerhalb Gerichts.** † Et tandem non ſemper ex liberalitate, ſed qvandoq; etiam remuneratoriè & per reciprocam, ſeu antidoralem donationem gerada transfertur, qvæ potiſſimum obtinet, ſi Uxor bona utenſilia in Maritum cupiat translata,
82. † Nec enim aliâ donationis viâ ac modo id efficere poteſt, *Conſt. Elect. 13. part. 2.* Neutra harum ſpecierum ſuis deſtituitur ſolennibus ac reqviſitis, de qvibus infra *cap. 3. 4. & 5.*

CAP.

# CAP. II.

## *Qvænam perſonæ, ac qvibus geradam donare qveant?*

### XIV.

Poſitâ definitione ac diviſione donationis geradæ, videbimus, † qvænam perſonæ poſſint donare; qvod de fœminis tantummodò 1.
qvæſitum, nemo non animadvertit, qvia Viri geradæ capaces non ſunt, adeoq; nec eam poſſident, aut per donationem transferre valent; ſed pertinet Gerada ad ſolas mulieres, earumq; Cognatas, usq; adeò, † ut maſculi ex iis deſcendentes à geradâ penitùs excludantur, 2.
Landrecht.*lib.1.art.27.& lib.3.art.15.* Matth. Coler, *part.1. deciſ. 43.n.7.* Franc. Pfeil. *lib.1.conſil.119.* † niſi dubium aliqvem faciat gerada, qvam 3.
capiunt Viduæ ex bonis defunctorum maritorum. *Gloſſ. in art.24.* Landrecht *lib.1.& art.38.lib.3.* Unde dicendum videtur, ab ipſis etiam geradam poſſideri, qvam poſtea in Viduas transferant, ut hinc res illa non usqveqvaq; ſit expedita: † Sed falsò præſupponitur, geradam 4.
illam, qvæ poſt obitum mariti Viduæ defertur, in bonis & facultatibus ejus reperiri, qvippe, qvæ vivente maritô jam tùm ad Uxorem pertinuit. Eô ſiqvidem defunctô Vidua non jure hereditario, vel ſucceſsionis titulo, † ſed beneficio legis, & peculiari Juris Saxonici 5.
diſpoſitione apprehendit geradam, qvam jure proprio jam antè tenebat. Hartm. Piſtor. *part.1.qvæſt.31.n.4.* Qvod vel inde perſpicuum eſt, † qvia Uxor, vivo adhuc Marito decedens, transmittit geradam 6.
in proximam Cognatam, Hartman. Piſtor. *dict. loc.* ex qvo porrò fit, † qvod Vidua de geradâ, qvæ in hęreditate reperitur, tanqvã de bonis 7.
ſuis propriis, ne qvidem in ſubſidium, Creditoribus mariti regulariter ſatisfacere teneatur, *tot.tit.C.ne Uxor pro marito*: qvod † & jamdudum 8.
placuit *Gloſſ.in dict.art.24.lib.1.* Landrecht. *verb.* Dieſes iſt geredet von den Frauen/welche kein Erbe nehmen mögen/ ſondern nehmen alleine Morgengabe/Gerade und ihre Leibzucht/und dürffen davon keine Schuld gelten/wenn ſie Ritters Art ſeyn/ꝛc. Andr. Goldb. *de jur.gerad.cap.9.n.77.* † Qvod ſi ita eſt, geradam vivente marito 9.
non ab ipſo, ſed Uxore proprietatis jure fuiſſe poſſeſſam fateri neceſſum habemus.

10. Solæ ideoq; mulieres donare poſſunt geradam, † eæq; omnes,
qvæ non prohibentur, *arg.l.mutus.43.§.1.ff.de procurat.l.cum prætor.*
*12.ff.de judic.l.qvi accuſare.8.ff.de accuſat.* ſive ſint conjugatæ vel ſo-
11. lutæ, virgines aut viduæ, † cùm neutri hoc interdictum, qvin potiùs
haut obſcurè permiſſum reperiatur, *Cōſt.Elect.13.14.15.§ ult.verſ.* wie
denn auch den Wittben und Jungfrauen/ ꝛc. *part.2.* Nec refert, an bo-
12. na in valetudine ſint conſtitutæ nec ne; † Qvia & ægroti donare in-
ter vivos qveunt, *l.Seja.42.§.cum pater.1.ff.de mort.cauſ.donat.* qvid-
ni ergo idem in donatione geradæ obtineret? Andr. Goldbeck. *de*
13. *jur.gerad.c.7.membr.2.n.16.* † De jure eqvidem Saxonico id primâ
fronte dubio haut caret, poſtqvam ægrotis in lecto decumbentibus,
viris pariter & mulieribus facultas donandi libera non eſt, veluti lu-
ceſcit ex Weichbild *art.65.verb.* Kein Mann aber/ noch kein Weib mö-
gen im Siechbette ihres Gutes ichtwas vergeben/ das über Fünff
14. Schilling werth ſey/ ohne der Erben Vrlaub. † qvod ſic explicat
*Gloß.ibidem n.6.* daß kein Mann/ noch kein Weib mögen im Siechbet-
te ihr Gut vergeben über das Bettbret/ über drey Schilling/ oder al-
15. ſo viel/ als er mit der Hand begreiffen mag/ ꝛc. † & convenit *art.53.*
Landrecht *lib.1.in verb.* Wer in Kranckheit auch ſein Haab und Gut
vergiebet/ oder verſetzt/ zu der Zeit/ als er es nicht thun mag. *ibiq;*
*Gloß.n.7.* Die fahrende Haabe aber mag er alle vergeben/ ſo viel er bey
16. geſundem Leibe derſelben hinweg antwortete/ † *junct.verſ.* Eine Frau
aber/ wann ſie zu der Kirchen gehē mag/ von welcher ſie 20. Ruthen
geſeſſen ſey/ wann ſie das nicht mehr vermag zu thun/ ſo hält man es
davor/ daß ſie es ihren Erben muthwilliglich entfrembden wolle. Ita
17. † ſcilicet probari vult jus Saxonicum donatoris ac donatricis firmi-
tatem & valetudinem eò intentum, ne qvicqvam licentiæ donandi
permittatur ægrotis ſub ullo prætenſæ valetudinis pallio, Benedict.
Reinhart. *part.1.differ.2.* Johan. Schneidw. *ad §.2.inſt.de donat.n.40.*
Andr. Rauchb. *part.1.qvæſt.32.n.30.* Matth. Berlich. *part.2.concluſ.14.*
18. *n.17.& ſeqq.* Matth. Coler. *part.1.deciſ.11.* Sed eſt † hæc ſanctio juris
Saxonici, de conſuetudinibus antiqvorum Saxonum, qvas licet ir-
rationabiles, Carolus Magnus immutatas reliqvit propter duritiem
cordis eorum, Albert. Krantz. *lib.2.Saxon.cap.21.* qvæ tamen hodie
in deſvetudinem abiit, Matth. Weſembec. *in not.marginal.ad Johan.*

*Schneid-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0018-7

Schneidwin. *dict. loc. lit. a.* † & ægrotos non minùs, qvàm firmos in foro Saxonico liberè donare, probat uſus ac obſervantia, ex qvâ juris Saxonici autoritas magis qvàm ex verbis ejuſdem æſtimatur, Hartm. Piſtor. *part. 2. qvæſt. 13. in fin.* Andr. Rauchb. *lib. 1. qvæſt. 37. n. 28.* Petr. Heig. *lib. 2. qvæſt. 17. n. 44.* † Conſeqventer hinc etiam mulieri ægrotæ in lecto decumbenti geradam donare fas erit, modo tàm infirma non ſit, ut judicium & memoria vacillet, per tradita in ſimili à Baldo *in l. hac conſultiſſima. n. 8. C. qvi teſtam. fac. poſſ.* Goldbeck *dict. membr. 2. n. 24. & ſeqq.* 19. 20.

XVI.

Qvo ipſo etiam poteſtas donandi geradam ita firmatur, ut † absq; conſenſu proximæ Cognatæ, inq; ejus præjudicium, facta donatio ſubſiſtat. Qvantumvis enim jus Saxonicum Cognatæ conſenſum † reqvirat, *Gloſſ. in art. 57.* Lehenrecht. *n. 10. ibi:* **Ihr ſollet auch wiſſen/ daß kein Weib ihre Gerade vergeben mag/ ohne der nechſten Geſpinne willen/ weder ihrem Manne/ noch iemandes/ noch auch keiner ihrer Nifftel:** attamen & heîc ad obſervantiam provocamus, qvâ diſpoſitionem illam novimus immutatam, ſi non eam reſtringamus † ad alienationem, qvæ fit per ultimam voluntatem, & ſine proximæ Cognatæ conſenſu haud valida habetur, Dan. Moller. *lib. 2. ſemeſtr. cap. 6. n. 3.* Hartm. Piſtor. *part. 1. qvæſt. 31. n. 13.* Andr. Rauchb. *part. 1. qvæſt. 32. n. 28.* Goldb. *dict. membr. 2. n. 4. & 5.* Corruit hinc etiam † aſſertio Zobelii, *in addit. ad Gloſſ. art. 27. n. 3. & Gloſſ. Latin. ad text. german. in art. 31. lit. l. lib. 1.* Landrecht. univerſalem ſcilicet donationem geradæ non ſubſiſtere, niſi proximæ Cognatæ ſaltem qvid minimi relinqvatur; Præterqvam enim qvod fundamento deſtituatur, † ſatis manifeſtè refellitur verbis *Conſt. Elect. 14. part. 4. ibi:* **Aber durch die Vbergabe unter den Lebendigē kan die Gerade der Nifftel entzogen werden.** qvæ ſanè tam generalia ſunt, ut nec minimum qvid excipere liceat, Berlich. *part. 2. concluſ. 16. n. 48.* Porrò & id colligere inde licet, † qvod in præjudicium Cognatæ, mulier geradæ nondum qvæſitæ tutò valeat renunciare, Moller. *dict. cap. 6. n. 2.* ſcilicet qvia juri futuro & qværendo faciliùs renunciatur, quam jam acqviſito, Andr. Tiraqvell. *in l. ſi unqvam. verb. donatione largitur. n. 181. C. de revocand. donat.* Nicol. Boër. *deciſ. 147. n. 112.* 21. 22. 23. 24. 25. 26.

Non tamen indifferenter mulieribus geradam donare permiſ-
27. ſum eſt, ſed tantummodò iis, † qvæ juſtæ ſunt ætatis, actumq; do-
nationis celebrare valent. Nam Virgini pupillæ, ſi nondum annos
pubertatis attigerit, id facere neqvaqvam fas eſt, qvia nec firmũ judi-
cium, nec liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habet, *l. pupil-*
28. *lus. 11. ff. de acq. rer. domin.* Nec † eò magis annuendum mulieri, ſi
poſt annum duodecimum pubes facta, nondum tamen majorennis,
geradam per donationem in alium transferre velit. Qvod mirum
forſan videbitur, è re tamen & commodo ipſius dictum, ac verè di-
29. ctum eſt, qvatumvis † Curatoris conſenſus deſuper imploretur.
Nunqvam enim minorenni concedendum id qvod incommodo ei
cedit, *l. 1. & tot. tit. ff. de minor. l. 2. & l. 3. C. ſi tut. vel. curat. interv.* at fie-
ri non poteſt, ut ex donatione geradę propriâ, qvâ tali, donatrix haut
30. bona ſua perdat, & pauperior reddatur: † nam perdere dicitur qvi
donat, *l. filiusfam. 7. ff. de donat.* qvare hoc actu qvivis Curator pru-
31. dens ac pius abſtinebit, qvin etſi hoc non fecerit, † parùm tamen
autoritate ſuâ donationem juvabit; qvia nec cum decreto Magi-
ſtratûs facta ſubſiſtit, ex Juſtiniani Imperatoris Reſcripto *in l. ſi qvan-
do. ult. verſ. Cum autem donationes à minoribus nec cum decreto cele-
brari poſſint, &c. C. ſi major factus alienationem factam ſine decreto*
32. *ratam habuerit.* † multò minùs ergo abſq; decreto judiciali; qvod
& haut obſcurè colligi poteſt ex *l. ſi in te. 2. C. ſi adverſ. donat. & l. ſi cu-*
33. *ratorem. 3. C. de in integr. reſt.* † Nec reſtringere hoc licet ad donatio-
nem bonorum immobilium, propter verba *dict. l. ult.* generalia, qvæ
& generaliter accipi debent, *l. de pretio. 8. ff. de public. in rem act.* Et ſi
34. omninò ponderis qvid haberet hæc reſtrictio, † geradæ tamen haut
tutò accommodari poſſet, qvippè qvæ potiſſimum in ornatu mu-
liebri ac rebus pretioſis, qvæ ſervando ſervari poſſunt, conſiſtit, qva-
les ne qvidem vendi qveunt abſq; cauſa ſufficiente & prævio Magi-
ſtratûs decreto, *l. lex qvæ tutores. 22. C. de adminiſtr. tutor.* ne ex ea-
35. rundem diſtractione damno afficiantur minores, *dict. l. 22.* & † qvia
mobilia pretioſa immobilibus æqviparantur, *Gloſſ. in cap. tua nuper.
verb. vendere. extr. de his. qvæ fiunt à Prælat. Gloſſ.* & Panormit. *in cap.
nulli. verb. alienare. extr. de reb. eccleſ. non alien.* Andr. Rauchb. *part. 1.
qvæſt. 26. n. 35.* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 286. n. 48.* Jac. Schult. *obſer*

pa

*vat.19.n.8. & ſeqq.* † nunqvam verò immobilia minorum ſine cauſæ cognitione & Magiſtratûs decreto diſtrahere licet, *l. 12. & tot. tit. C. de præd. minor. ſine decret. non alien.* at nec cum decreto donare, *dict. l. ult. C. ſi major fact. alien. fact. &c.* 36.

XIIX.

Demptâ igitur facultate donandi geradam puellis impuberibus & mulieribus minoribus, etiamſi tutoris vel curatoris autoritas intervenerit; facilè judicare licet, † non plus poteſtatis hâc in re ipſis 37.
competere tutoribus vel curatoribus. Etſi enim hi res pupillorum ac minorum mobiles, qvæ ſervando ſervari neqveunt, ut ſunt veſtes detritæ, animalia ſupervacua & ſimiles, ſine judicis etiam decreto vendere & diſtrahere valent, † ſcilicet qvia hoc commodo cedit mi- 38.
noribus, qvi inde pecuniam lucrantur, ac ditiores redduntur, *l. qvæ tutores. 22. §. ult. C. de adminiſtr. tutor. l. ult. C. qvando decreto opus non eſt.* Johan. Schneidwin. *in §. ult. n. 23. inſtit. de autorit. tutor.* † qvare nec 39.
venditio bonorum utenſilium, qvæ ſervando ſervari haut poſſunt, iis deneganda, Andr. Goldb. *de jur. gerad. cap. 7. membr. 1. num. 32.* Dan. Moller. *lib. 2. ſemeſtr. 6.* Matth. Weſenb. *part. 2. conſil. 29. n. 3.* Ad donationem tamen inferre hinc non licet, † qvia vix unqvam commo- 40.
do hæc eſſe poteſt minoribus, *arg. l. filiusfamilias. 7. ff. de donat.* qvo jure ergo tutores & curatores donationem geradæ à ſe factam defenſare poterunt? cum officium eorum exigat, utiliter bona adminiſtrare, † non iis minores privare & ſpoliare, *l. qvi fundum. 7. § ſi tutor. ff.* 41.
*pro empt. l. cum plures. 12. §. 1. ff. de adminiſtr. tutor.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 72. n. 8.* Anton. Fab. *in C. lib. 5. tit. 37. de fin. 1. n. 2.* Parili modo † nec 42.
maritus geradam Uxoris per donationem in alium transferre poteſt, non ſolùm, qvia plus poteſtatis ei haut competit, qvàm tutori vel curatori, † qvalis & ipſèmet habetur, Landrecht. *lib. 1. art. 45.* 43.
*& lib. 3. art. 45* Rauchbar. *part. 1. qvæſt. 2. n. 39.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 66. n. 3.* Frid. Penſold *in addit. ad Coler. part. 2. deciſ. 222. n. 18.* † Sed 44.
etiam qvod Curator nomine mulieris, eâ non præſente nec conſentiente, nli qvicqvam validè agat, *arg. §. 3. inſt. de inutil. ſtipul. l. ſtipulatio iſta. 38. in pr. & §. 1. l. 83. in pr. ff. de Verb. obligat.* nec jus alteri qvæſitũ qvisqvam ei aufferre qveat, *l. ſi dominus. verſ. dominorum. ff. de his qvi ſui vel alien. jur.* Andr. Goldb. *dict. membr. 1. n. 25.* Aliud dicendum, † ſi Uxor donationi à marito factæ conſenſerit, Hartm. Piſtor. 45.

 *obſer-*

*obſervat.155.n.8.* Andr.Rauchb.*part.1.qvæſt.34.n.45.*Goldbeck.*dict.*
*membr.1.n.28.*ſiqvidem paria ſunt donare vel alienare,& alienationi
conſentire,*l.cum qvis.165.ff.de Reg.jur.*

XIX.

46. Sed qvid, † ſi mulier conjugata majorennis geradam alteri dona-
re velit,facere num hoc poterit abſq; voluntate & conſenſu mariti?
Negant hoc Andr.Goldbeck *de gerad.cap.7.membr.3.n.104.& ſeqq.*
& Matth.Berlich,*part.2.concl.16.n.28.* inhærentes generalitati juris
47. Saxonici, † qvo Uxor abſq; conſenſu mariti nil rerum ſuarum do-
nando in alium transferre valet,Frid.Penſold,*in addit.ad Matth.Co-
ler.part.2.deciſ.286.n.184.*Andr.Rauchb,*part.1.qvæſt.32.in pr.*Matth.
Weſemb.*in parat.ff.de donat.n.4.*Jacob.Thoming,*deciſ.6.n.11.* idqve
48. † per textum expreſſum in Landr.*lib.1.art.21.verſ.* Kein Weib mag ih=
res Guts ichtwas vergeben / ohne ihres Mannes willen / daß er es
durch recht leyden darff/rc.*& art.45.verſ.* Ein Weib mag auch ohne
ihres Mannes Vhrlaub ihr Gut nicht vergeben / noch ihr Eigen ver=
49. kauffen. † Qvæ verba cum generaliter & indefinitè loqvantur, ad
bona utenſilia qvoqve ea extendi non facilè forſan qvis negaverit,
*l.1.§ generaliter.1.ff.de legat.præſt.l.de precio.8.ff.de public.in rem action.*
50. Sed tutum haut eſt, in generalitate ſubſiſtere, † ſi ratio ipſa ( qvæ eſt
anima & ſpiritus legis vivificans,Roveſcal.*in addit.ad Alexandr.lib.2.
conſil.20.num.9.* & qvo extincto,diſpoſitio ejus mortua cenſetur,effe-
ctuq; deſtituitur,Bald.*lib.4.conſil.52.n.1.verſ.in cujus Spiritu lex vivit.*
Aym.Cravetta *in conſil.460.num.7.verſ.ideò venit lex in Spiritu ratio-
51. nis,&c.*)eam limitat, † qvam propterea magis,qvàm verba,qvæ ſunt
inſtar corporis,attendi oportet,Bald.*lib.2.conſil.107.n.1.* Panormit.
*in cap.ſicut conſvetudo.2.n.8.extr.de probat.*Dec.*conſil.70.n.1.*Nicol.E-
52. verhard.*conſil.9.n.15.* At qvænam illa? Dixeris forſan † donatio-
nem Uxori abſq; conſenſu mariti propterea interdictam eſſe, qvod
ſit ſub ejus tutela,*dict.lib.1.*Landrecht/*art.45.& lib 3.art.45.* qvemad-
modum ergo invalida habetur alienatio bonorum minoris,ſine
conſenſu tutoris vel Curatoris facta,*l.3.C.de in integr.reſtit.minor.* ita
53. & donatio Uxoris facta inſcio vel invito ejus marito. † Sed fallax eſt
hæc ratio, cum alius Curator facilè ſubſtitui poſſit, qvi ſuppleat au-
toritatem mariti in actu donationis; nec enim abſurdum eſt, ùt ha-
benti tutorem,detur Curator, *§.interdum autem.5. Inſtit.de Curat.*

† Nec

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0022-9

† Nec majoris efficaciæ illa, qvod maritus & uxor bona inter ſe poſ- 54.
ſideant indiviſa, Landrecht. *lib. 1. art. 31. in pr.* in qvorum adminiſtra-
tione uxor marito, ceu capiti parere teneatur, ut autumat Goldbeck
*dict. membr. 3. n. 107. & 108.* † Non enim de proprietate, ſed uſufructu 55.
duntaxat intelligendum eſt, qvod de individuis conjugum bonis
in jure Saxonico habetur, notante *Gloſſ. in art. 45. lit. d. lib. 1.* Landrecht.
Petr. Heig. *part. 1. qvæſt. 29. n. 31.* Matth. Coler. *dict. deciſ. 66. n. 11.* Vera
qvænam ergo cauſa & ratio prohibitæ donationis ſine conſenſu ma-
riti? † Eſt certè hæc ipſa, qvam jam tetigimus, qvod Marito in bonis 56.
uxoris competat uſusfructus, *dict. art. 31. ubi Gloſſ. Latin. lit. a. in pr. &*
*art. 45. lib. 1.* Landrecht. Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 253. & part. 1. deciſ. 18.*
*n. 4.* Andr. Rauchb. *part. 1. qv. 2. n. 45.* qvi ab Uxore proprietariâ haud-
qvaqvam inverti, nec maritus Uſufructuarius in utendo fruendo
turbari debet, *l. uti frui. 5. §. 1. & ult. ff. ſi uſusfr. petat.* † ex qvo tradit 57.
*Gloſſ. dict. art. 31. lit. e.* mulierem citra conſenſum mariti ſui nil poſſe
diſponere in bonis ad ipſum illatis, per qvod aliqvo modo Uſusfru-
ctus qveat attenuari, vel prorſus eripi, qvamdiu ea ſupervixerit.
† Addo & hanc, ſola mobilia concernentem, qvod ea uxore mortuâ 58.
lucretur maritus ſuperſtes, *dict. art. 31. poſt. pr. lib. 1.* Landrecht. *& art. 76*
*poſt pr. ubi Gloſſ. Latin. ad text. germ. lit. b. & c. lib. 3.* Landr. *Conſt. Elect.*
*22. §.* wo es ſich zutrüge/ *part. 3.* Chriſt. Zobel. *part. 3. differ. 9. n. 6.* Petr.
Heig. *part. 2. qv. 15. n. 2.* Henning. Göden. *conſil. 100. n. 9.* Matth. Coler.
*de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. n. 254. & part. 2. deciſ. 286.* ut ſic per alie-
nationem jure ſucceſſionis maritus defraudari haut debeat, Virgil.
Pingitz. *qvæſt. 28. n. 13.* † At neutra ad donationem geradæ accommo- 59.
dari poteſt: Qvis enim uſusfructus mariti in bonis utenſilibus:
qvæ ipſo uſu majori ex parte conſumuntur, *§ conſtituitur. 2. inſtit. de*
*uſufr.* & ex qvibus præter uſum uxoris utplurimum ei reſervatum,
parum commodi ſupereſt, & in maritum redundat? Qvis etiam ne-
ſcit † defunctâ Uxore, geradam ejus non marito ſuperſtiti, ſed proxi- 60.
mæ Cognatæ deferri, *dict. Conſt. Elect. 22. part. 3.* Coler. *dict. deciſ. 286.*
*n. 21.* Johan. Schneidwin. *ad pr. inſt. de hered. qvæ ab inteſt. defer. Rubr.*
*de ſucceſſ. inter Vir. & Uxor. n. 26.* adeò, † ut maritus, ſi mobilia Uxo- 61.
ris defunctæ univerſa apprehenderit, geradam mediante inventa-
rio, vel eo deficiente, ſpecificatione juratâ exhibere teneatur, *arg. l.*
*cum plures. 15. ff. de reb. autor. jud. poſſid. l. ult. §. ſic ubi. C. de his qvi ad Ec-*

*cleſ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0023-4

62. *cleſ.confug.Dd.in l.ult.§.licentia.C.de jur.delib.* † ut hinc donationem
geradæ, in diſpoſitione illâ juris Saxonici prohibitivâ de non alie-
nando bona uxoris ſine conſenſu mariti, tutò excipere liceat, vel ſal-
63. tem ex regulâ illâ vulgatâ, qvòd † ratione diſpoſitionis alicujus de-
ficiente, ipſa ceſſet diſpoſitio, *arg.cap.cum ceſſante.60.extr.de appellat.*
*l.cum pater.77.§.dulciſſimis 20.ff. de legat.2.l.generaliter.52.§.1. C.de epi-*
*ſcop.& cleric.* qvodq; ratio diverſa diverſam juris deciſionem exigat,
*l.inter ſtipulantem.83.§.ſacram rem.5.ff.de Verb.obligat.*

XX.

Ne tamen planè repudiemus Andreæ Goldbeccii opinionem,
64. † locum ei damus in caſu, qvô geradam ſuperſtiti marito deferri con-
tigit, ex ſtatuto nimirùm & conſvetudine qvorundam locorum, ubi
defunctâ Uxore, Maritus, ceu heres mobiliaris, etiam in geradâ ſuc-
65. cedit, ſolâ Nifftelgeradâ proximæ Cognatæ relictâ, † qvale jus ac
ſtatutum Dreſdæ, Wittebergę, Chemnitii, Halæ Saxonum, aliisq; in
66. civitatibus vigere notiſſimum eſt; Qvin & hîc Lipſiæ † idem obti-
nere manifeſtum reddunt verba Statutorum à Sereniſſimo Saxoniæ
Electore confirmatorum, *hæc* (Nach der Stadt Leipzig *Statuten*,
gibt der überlebende Mann/ ſeines verſtorbenen Weibes näheſten
Nifftel/ der toden Frauen beſtes paar Kleidere/ und ein Bette nechſt
dem beſten das ſie gelaſſen hat/ zwey Küſſen/ ein paar Leilachen/ und
eine Decke/ rc. Was aber ſonſten zur Gerade gehörig verhanden/ be-
hält der Mann/ Andr. Goldb. *de gerad.cap.2.n.14.& cap.5.n.27.* Dan.
67. Moller. *ad Conſt.Elect.38.n.12.part.3.* Hoc igitur caſu, † jus ſucceſſio-
nis in geradâ marito per donationem turbari tantùm abeſt, ut po-
tiùs ſtatuto locali ſtrictiſſimè inhærendum, nec donationem gera-
68. dæ absq; mariti conſenſu Uxori permittendam exiſtimemus, † vel
ſaltem *ex Conſt. Elect. 7. part. 3.* qvæ lucrum ſtatutarium conjugi ſu-
perſtiti ex bonis defuncti debitum auferri prohibet, qvod nec à jure
communi alienum, *cap.Raynutius.16.extr.de teſtam.Novell. 22.cap.* 33.
Andr. Gail. *lib.2.obſervat.86.n.17.* Hier. Panſchman. *part. 2. qvæſt.5.*
Matth. Weſenb. *in parat.ff.Unde Vir & Uxor.n.3.* Matth. Coler. *part.*
69. *1.deciſ.54.n.27.* † Etſi verò jura hæc de ſolâ diſpoſitione teſtamenta-
riâ loqvuntur, qvin tamen ad donationem qvoq; inter vivos, aliosq;
contractus extendi debeant, ambigendum non eſt, ut benè ſentiunt
Virgil. Pingitz. *qvæſt.28.n.12.* Matth. Coler. *dict.part.1.deciſ.61.num.5.*

Panſch.

Panſchman. *dict.qvæſt.5.n.12.* † ne ſcilicet, qvod unâ viâ prohibitum 70.
eſt, aliâ cenſeatur permiſſum, *l.ſcire oportet.13.§.ſi mater.ff.de excuſat.*
*tutor.l.3.§.liberi.10.ff.de bonor.poſſeſſ. contra tabul.cap.eum qvem.extr.*
*de Reg.jur.in 6to.* maximè, cum † argumentum negativè conceptum 71.
ab ultimis voluntatibus ad contractus, in jure habeatur validiſſi-
mum, propter favorem teſtamenti, Nicol. Everhard. *in top.loc. à con-*
*tract.ad ult.volunt.36.n.2.* † Neqvaqvam ergo per donationem præ- 72.
judicabitur marito, qvò minùs defunctâ uxore, geradam ex ſtatuto
locali ſibi delatam capiat ac repetat, † niſi uxori donanti conſenſe- 73.
rit & juri ſuo per id renunciaverit, licet non in ipſo donationis actu,
ſed demum ex intervallo, Andr. Goldbeck. *de gerad.cap.7.membr.3.*
*n.126.* nudus † ſiqvidem conſenſus, qvi non autoritatis gratiâ, ac pro 74.
formâ & ſolennitate actus reqviritur, ſed tantùm reſpectu intereſſe
conſentientis adhibetur, qvocunq; tempore, tàm ante, qvàm poſt
actum præſtari poteſt, *l.1.§.prodeſt.ff.qvod legator.l.filius.§.ult.& ibi*
Bartol. *ff.de procurat.* Bald. *in cap.1.in pr. de alienat. feud. patern.* Si-
moncell. *in tract.de decret.in præfat.n.55.*

XXI.

Vidimus hactenus perſonas dantes, qvæ geradam donare poſſunt,
id qvod mulieribus tantummodò permiſſum, diximus *th.14.* † La- 75.
tiùs ſe extendit catalogus perſonarum acceptantium, inter qvas et-
iam maſculi reperiuntur, qvibus æqvè donatur gerada, ſed amittit
hæc in ipſo acceptationis momento naturam bonorum utenſilium,
& hæreditariam qvalitatem aſſumit, † ſiqvidem maſculi capaces ge- 76.
radæ non ſunt, Dan. Moller. *lib.2.ſemeſtr.cap.6.* Andr. Goldbeck. *de*
*gerad.cap.3.n.18.* unde poſſeſſio mulieris, potiſſima & propinqva eſt
cauſa geradæ, ejusq; ſubſtantiam intrat, Weichbild *art.23. & ibi ad-*
*dit.ad Gloſſ.in proœm.* ubi dicitur, Gerade iſt / das in eines Weibes be-
ſchloſſener Gewehr iſt / Matth. Coler. *de proceſſ.execut.part.1.c.3.n.256.*
Mirum hinc non eſt, ut † una eademq; res reſpectu poſſidentis, vel 77.
geradæ vel hæreditatis eſſe cenſeatur; Nam ſi uxor, geradæ, ſi verò
maritus poſſederit, hereditati annumeratur: qvicqvid enim Viri poſ-
ſident, id omne hereditarium eſt, excepto feudo, & rebus expedito-
riis, † licet ex eorum numero ſint, qvæ alioqvin geradæ accenſeri ſo- 78.
leant, *arg.art.5.* Landrecht *lib.1.* Coler. *part.1.decis.203.n.5.* Goldbeck
*dict.loc.*

79. In maritum tamen, † per donationem inter vivos.(niſi remuneratoriè id fiat, *de qvo infr. cap. 5.*) Uxor geradam ſuam transferre neqvit, *Conſt. Elect. 13. part. 2. Gloſs. art. 31. lib. 1.* Landrecht. *& art. 65.* Weichbild. Matth. Weſenb. *in parat. ff. de donat. int. vir. & uxor.*
80. † Cujus rei hanc profert rationem Goldb. *de gerad. cap. 7. membr. 4. n. 15.* qvod maritus Uxoris geradam, proprietatem & dotalitium in ſuam accipiat tutelam, Landrecht *lib. 1. art. 45. & lib. 3. art. 45.* tutor verò autor in rem
81. ſuam eſſe neqveat, *§. ult. inſt. de autor tutor. l. 1. l. 5. l. 7. eod. tit.* † At qvid? ſi Uxor alium ſibi faciat conſtitui Curatorem, qvi donationi autoriatem prǽſtet? Andr. Rauchb. *part. 1. qv. 32. n. 2.* Jacob. Thoming. *deciſ. 14. in pr.* Non certè tum ratio Goldbeccii qvicqvam roboris habebit.
82. † Rectiùs igitur dixeris, donationem geradæ marito factam propterea invalidam haberi, qvòd de jure pariter civili & Saxonico inter maritum & Uxorem nulla ſubſiſtat donatio, niſi morte confirmetur, *l. cum hic ſtatus. 32. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Landrecht *lib. 1. art. 31. §.* Darumb mag kein Weib. Matth. Weſenb. *dict. loc. num. 5.* Johan. Schneidwin. *ad §. aliæ autem. 2. n. 57. inſt. de donat.* Chriſtoph. Zobel.
83. *part. 2. differ. 20. n. 1.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 12. n. 22.* † atqvi donatio, qvæ morte confirmatur, qvoad effectum aſſumit naturam donationis mortis causâ, *l. donationes qvas. C. de donat. int. vir. & uxor. l. in donat. 12. C. ad leg. Falcid.* cujus nulla eſt conſideratio in materiâ ge-
84. radæ, *ſupr. th. 10.* † qvare fieri non poteſt, ut donatio hæc rerum utenſilium marito facta, unqvam ſortiatur effectum, *Conſt. Elect. 13. part.*
85. 2. licet acceſſerit jusjurandum, † qvod etſi non violandum, nec qvisqvam absq; inſigni levitatis notâ juramento ſuo contravenire poteſt, *arg. cap. etſi Chriſtus. 26. extr. de jurejur. Auth. ſacramenta puberum.*
86. *C. ſi adverſ. vendit.* † per id tamen haud eò magis ipſa corroboratur donatio, qvia jusjurandum nullitatis defectum non ſupplet, Bald.
87. *in l. 1. n. 4. C. de oper. libert.* Decius *conſil. 349. n. 1. & 6.* † ut hinc verè dicamus, confirmari donationem hanc, ſaltem qvoad obſervationem, non qvoad validitatem actûs, prout in ſimili dicit, poſt Bartol. *in l. ſi qvis pro eo. 56. n. 10. ff. de fidejuſſor.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 22. defin. 1. n. 11.*

XXIII.

88. Qvid verò, † ſi Maritus geradæ nomine Uxori aliqvid donet? Nil effici,

effici, nec donum hoc lucro cedere uxoris, non ſine cauſa qvis arbitrabitur, qvi maximæ inhæret Logicorum, eandem eſſe naturam & diſciplinam correlativorum Alexand.*lib.5, conſil.131.n.2.* Ripa *in l.ſi plagii.123.n.11.ff.de Verb.obligat.* Nic.Boër.*deciſ.48.n.3.* Modeſt. Piſtor. *lib.2.conſil.42.n.29.* ac † diſpoſitum in uno, in alio etiam diſpoſitum 89.
cenſeri, *l.ult.C.de indict.viduit.tollend.* Everhard.*in loc. à correlat.n.3.* ex qvo ergo uxor & maritus ſunt correlata, non poteſt non prohibitio uxori facta de transferendo geradam per donationem in virum, *th.præced,* ad hunc extendi; † Sed infringit hanc conſeqventiam ra- 90.
tio diſparitatis, qvâ argumentum à naturâ correlativorum petitum facilè diſſolvitur. At qvænam illa? Nolunt † jura Saxonica per 91.
donationem res geradicas in Conjugem transferri, qvare uxor poſſidens geradam ab ejusmodi donatione haut immeritò abſtinere jubetur. At maritus geradæ nomine uxori qvid donans, res geradicas non transfert, nec proinde contra prohibitionem peccat, † ſiqvidem 92.
ante uxoris acceptationem, res donata geradica non habetur, deficiente ſcilicet causâ geradæ proximâ, qvæ eſt poſſeſſio mulieris, *th.21.* qvid ergò obſtat, qvò minùs validam mariti donationem diceremus? cum Hartm. Piſtor, *part.1.qvæſt.32.n.2.* Andr. Goldbeccio *dict. membr.4.n.98.& 99.* † usq; adeò, ut nec indigeat mortis confirmatio- 93.
ne, qvia res geradicæ utplurimùm comparantur hunc in finē, qvò uxor eò lautiùs incedat, qvæ cauſa donum mariti convalidat, *arg.l.ſi ut certo.5.§.interdum.10.ff.commodat.* † qvin & aliâs donatio hono- 94.
ris gratiâ facta, inter conjuges ſubſiſtit, Roman.*conſil.146.* Hartm. Piſtor.*part.1.qvæſt.44.n.12.*

## XXIV.

Donari porrò non poteſt gerada † abſenti, ſed inutilis prorſus eſt 95.
ejuſmodi actus, *l.abſenti.ff.de donat.* Bart.*poſt. Gloſſ. in l.illud C. de SS. Eccleſ.* adeò ut licet donatarius nanciſcatur poſtea rei donatæ poſſeſſionem, non eò magis tamen donatio ſubſiſtat, † propter defe- 96.
ctum acceptantis, Jul. Clar.*lib.4.ſentent.§.donatio.qvæſt.12.n.3.* Andr. Goldbeck.*dict.membr.4.num.6.* Qvod ſatis expreſſum à Sereniſſimo Saxoniæ Electore, † *in Conſt.14.part.2.verb.* In ihren beyſeyn dem 97.
*donatario &c. Et in fine*: dem *donatario* auch darneben die *donirten* Stücke zugeſtellet und übergeben werden. Qvæ verba præſentiam donatarii & acceptationem geradæ, pro forma donationis reqvirunt:

98. runt: forma autem † ad ungvem obſervari debet, aliâs actus ipſo ju-
re nullus eſt, Alexand. *lib.2.conſil.137.num.15.* Jacob.Schult. *in addit. ad*
99. *Modeſt.Piſtor.part.4.qvæſt.155.n.8.* Qvid autem, † ſi donatrix per epi-
ſtolam vel nuncium, donatarium de liberali ſuâ voluntate faciat cer-
tiorem? Subſiſtere tùm donationem, autumat Goldb. *dict. membr.*
*4.n.9.* qvod qvidem de rerum hereditariarum donatione conceſſe-
100. rimus, † propter text. *in l. 4. dict. l.abſenti: 10.ff.de donation.l.nec am-*
*bigi.6.C.eod.tit.* Hartm.Piſtor.*part.1.qvæſt.13.n.2.& ſeqq.* Mozz.*de do-*
*nat.ſub tit.de ſubſtant.n.23.* ita, ut opus non ſit, hoc caſu expreſsè do-
101. nationem à donatario acceptari, † qvippè qvod ea præſumatur, nec
qvispiam liberalitatem reſpuere videatur, Jul.Clar. *dict. qvæſt. 12. in*
102. *pr.& n.2.* Hartm.Piſtor.*dict.loc.* † ſed aliter res ſe habet in donatione
geradæ, qvæ contractus & conventio non eſt, ut de conſenſu & vo-
luntate contrahentium per nuncium vel epiſtolam conſtare ſuffi-
ciat; Sed perficitur ea præſenti datione & acceptatione ſolenni, *dict.*
103. *Conſiſt.Elect.14.part.2.* † qvæ inter abſentes, ipſo donationis actu du-
rante, peragi neqvit; qvin etſi verbis *dict.Conſt.* In ihrem beyſeyn dē
*donatario, &c.* præciſè inhæreamus, qvod facere nos oportet, eô mi-
nus ſanè annuendum erit aſſertioni Goldbeccii, qvia præſens non
104. eſt, qvi per nuncium qvid agit. † Hoc verò ultrò largimur, qvod
ſubſiſtat donatio inter abſentes, ſi per Procuratorem aut mandata-
rium nomine donatarii acceptetur, Goldb. *dict.membr.4.n.8.* modò
105. ab ipſo donatario ad acceptandum fuerit conſtitutus; † cæteroqvin
parum efficiet, ſiqvidem alteri per alterum non acqviritur, *l.ſtipula-*
*tio iſta.38.§.alteri.l.ſi ita ſtipulatus.126.§.Chryſogonus.ff. de verb. oblig.*
106. *§.pen.Inſt.per qvas perſon.nob.acqvir.* † Qvod tamen in donatario pu-
pillo non tàm ſtrictè obſervandum: nam ſi hujus nomine parens,
aliavè perſona cognata geradam acceptet, favor pupilli donationis
ſolennia ſalvabit, per tradita Bartoli *in l.cum oſtendimus. 4. §.fidejuſ-*
*ſores.ff.de fidejuſſor.* Joſeph.Maſcard.*de probat.vol.2.concluſ.808.in fin.*

## CAP. III.

## *Qvis modus donationis Geradæ judicialis.*

### XXV.

1. Geradam licitè alienari, expeditum verè eſt, & diximus *ſupra th.5.*
non modo venditionis, permutationis vel oppignorationis titulo,

ſed

ſed etiam per donationem, Zobel. *ad art. 27.* Landr. *lib. 1. Conſt. Elect.* *14. part. 2.* Joh. Schneidwin. *ad tit. inſt. de donat. n. 18.* Jacob. Thoming. *deciſ. 6. n. 6.* Hartm. Piſtor. *part. 1. qv. 31. n. 12.* † qvæ tamen certis conſtat ſolennibus, qvibus haud obſervatis, pro nullâ eam habent jura Saxonica, *dict. Conſt. Elect. 14.* Aut. Conſult. *Conſtit. Saxon. lib. 1. part. 5. caſ. 33. & lib. 2. part. 1. qv. 53.* Goldb. *de jur. gerad. cap. 2. membr. 3. n. 1.* Cur ita, ſi ſcire aveas? † dicimus occurrendum fuiſſe fraudibus, qvin & blanditiis ac falſis perſuaſionibus, qvibus ob ſexûs imbecillitatem, qvandoq; mulieres ad donandum ſe induci patiuntur, non absq; præjudicio Cognatæ, ut ſi difficilior eſſet donatio, vel ſaltem facilior ejuſdem annullatio, huic poteſtas competeret repetendi geradam. † Nec unus ſolummodò modus exiſtit donationis, ſicut nec una donatio, ſed eſt ea vel judicialis, vel extrajudicialis, vel antidoralis, ac qvæq; ſua habet reqviſita, qvibus perſpectis, modus donationis ad oculum pateſcit. Judicialis verò donationis ſolennia ſunt: † ut PRIMÒ fiat apud acta judicialia, libroq; judicii publico inſeratur, *dict. Conſt. Elect. 14. in verb.* Vor Gerichte, *junct. verb.* welches hernach dem Gerichtsbuche einzuverleiben. *& rurſus:* Ob ſie Gerichtlich fürgenommen. Nimirùm, † qvæ fiunt in judicio, omni carent ſiniſtrâ ſuſpicione, Bald. *in l. jubemus. C. ad SCtum Trebell.* Andr. Goldb. *dict. memb. 3. n. 21.* & animo magis deliberato cenſentur peracta, Matt. Coler. *part. 1. deciſ. 12. n. 28.* † Cùm autem ſolus Judex pro tribunali ſedens, aliis qvantumvis non præſentibus Scabinis & Aſſeſſoribus, judicium & acta publica repræſentet, Herm. Vult. *in conſil. Marpurg. vol. 1. conſil. 34. n. 55.* conjicere inde datur, ſubſiſtere donationem geradæ apud acta, coram ſolo judice factam. † perinde, ut validum habetur teſtamentū, vel donatio mortis cauſa ſoli judici, non præſentibus aliis Aſſeſſoribus inſinuata, ut voluiſſe videtur Bertazoll. *conſil. 114. n. 16.* & Hartm. Piſtor. *part 3. qvæſt. 9. n. 11.* Nec † enim pluralitas judicum aut Scabinorum fidem teſtamentis tribuit, alioqvin nec duas vel tres perſonas ad judicium pertinentes, ad teſtamenti factionem ſufficere, rectiſſimè qvis dixerit, §. *ſed cum paulatim 3. Inſt. de teſtam. ordin.* † Sed ſola judicialis autoritas, qvam judex ſolus in loco judicii pro tribunali ſedens repræſentat, firmumq; robur actis tribuit. Nec fraus aliqva inde metuenda, poſtqvam judicis ceu viri boni dexteritas omnem ceſſare facit ſuſpicionem, præſertim cum veriſimile ſit

[Margin numbers: 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.]

 abſen-

abſentibus licet judicii Aſſeſſoribus,† coram actis tamen ſemper adeſſe multitudinem hominum aliorum fide dignorum , qvi de actis in judicio teſtimonium perhibere poſſint,*Dd.in l. omnium.19. C. de teſtam.* Hartm.Piſtor.*part.3.qvæſt.28.n.12.*

XXVI.

Ex qvo porrò apud acta judicialia, donatio geradæ firmiter ac ri-
12. tè celebratur, † hoc ipſo ſit expeditum, æqvale tribuendum fore ro-
bur ac validitatem donationi,extra locum judicii in ædibus dona-
tricis, coram perſonis judicii nomine ad hoc deſtinatis factæ , qvia
13. apud acta fieri dicuntur,qvæ geruntur coram judice, † qvantumvis
extra judicii locum,Bald.*in l.illud.n.5.C.de SS.Eccleſ.* Jaſon.*in l.2.n.4.*
*C.de edendo.* Matth.Weſenb.*in parat.ff.de teſtam.n.10.* Dan.Moller.
*lib.3.ſemeſtr.cap.44.* Et ubi eſt judex,ibi acta eſſe cenſentur, *l.non eſt*
*omninò.7.cum l.ſeq.ff. de manum.vindict.* Qvod & verbis erpreſsis
† ſancitum *in dict.Conſt.Elect.14.ibi*: Do auch von Gerichtswegen et-
14. liche Perſonen erbeten und abgeſchicket / vor welchen ſolche *donatio*
geſchehe/ ſo ſol ſie gleiche Würckunge haben/und darvor geachtet ſeyn/
15. als ob ſie Gerichtlich fürgenommen/Goldb.*dict.membr.3.n.49.*†Hoc
tamen differentiæ,inter donationem geradæ apud acta,& in ædibus
privatis coram judice celebrandam exiſtit,qvòd illo caſu ſolus judex
actui donationis ſufficiat,*th.præced.* hoc autem unus vel alter Sca-
binus unâ cum judice,vel ad minimum duo Scabini adeſſe debeant,
veluti evincitur ex verbis *prædict.Conſt.14.* Von Gerichtswegen et-
16. liche Perſonen. † Ratio diverſitatis procul dubio eſt ea,qvod extra
locū judicii major ſubſit ſuſpicio fraudis, cui removendæ, vix unica
perſona judicialis ſufficiens habetur,Landr. *lib.3.art.88.* ubi Zobel.
*in gloß.Latin.lit.a.*nec in ædibus privatis tanta eſt freqventia & mul-
titudo hominum, ac in loco judicii,qvæ & ipſa non parum teſtimo-
nii actis addit, † cujus ut ſuppleatur defectus, pro formâ plures ex-
17. tra locum judicii,adeſſe juſsit perſonas judiciales donationi geradę,
Sereniſsimus Saxo. Qvin & † aliâs ad judicium extra tribunal judi-
18. ciale formandum reqviritur, ut judici aſsideant etiam Scabini. *cap.*
*qvoniam.extr.de probat.cap.cum à nobis.28.extr. de teſtib. & atteſtat.*
19. Idq; adeò verū,† ut nec Actuarius vel Notarius judicii, alterius Sca-
bini vices ſuppleat, nec donatio coram unico Scabino,vel judice &
Notario extra judicii locum facta ſubſiſtat, qvod & ipſa vocula

(Ge-

(Gerichtsperſonen) *in dict. Conſt. Elect. 14.* luculenter probat, † ſiqvi- 20.
dem Actuarius vel Notarius judicii, appellatione decuriorum & Sca-
binorū (der Gerichtsperſonē) haut continetur, *l. univerſos. 15. C. de de-
curion. ubi* Bald. *n. 4.* eſtq́; officium ejus planè diſtinctum à munere
Scabinorum, qvippè hi Magiſtratui in conſiliis & jurisdictione adſi-
dent, *l. ult. ff. de offic. Aſſeſſ.* Matth. Weſenb. *in parat.* † Sed officium 21.
Notariorū in perſcribendis & dirigendis actis conſiſtit. Honthem.
*de art. Notar. lib. 1. cap. 11. n. 19.* & pluribus hoc demonſtrat Matt. Ber-
lich. *deciſ. 85.* Neq; id ſilentio prætereundum, † haut ſufficere, ju- 22.
dicem & Scabinos in ædibus privatis comparere, vel caſu fortuito
adeſſe, ſed ad conficiendam donationem geradæ ſpecialiter reqviri,
& autoritate judiciali ad hunc actum ablegari debent, ut innuunt
verba *dict. Conſt. Elect. 14.* (**Von Gerichtswegen erbeten und abge-
ſchicket**) cæteroqvin † ob defectum hujus ſolennitatis, multùm vali- 23.
ditas donationis periclitabitur, perinde ac teſtamentum extra judi-
cii locum coram judice & Scabinis absq́; ſpeciali reqviſitione & ab-
legatione conditum, *Conſt. Elect. 3. p. 3. ubi* Dan. Moller. *n. 24 & 25.*

XXVII.

Qvocunq́; autem modo, ſive in loco judicii, ſive in ædibus dona-
tricis apud acta fiat donatio, † libro judicii publico inſeri debet, 24.
prout habent verba *dict. Conſtit. Elect. 14.* (**welches hernach dem Ge-
richtsbuche einzuverleiben.**) qvæ licet Dan. Moller. de rerum geradi-
carum deſignatione accipiat, veluti apparet ex ejuſdem verſione la-
tinâ *dict. Conſt. 14.* † attamen de toto actu donationis ea qvis rectiùs 25.
intellexerit, qvia intereſt donatricis pariter ac donatarii, ut probatio
hujus actus ſit perpetua, nec unqvam oblivioni tradatur; † qvem in 26.
finem qvoq; ſæpiùs ſcriptura ſuper factâ donatione, conficitur pub-
lica, ſi maximè hoc à judice petatur, juxta formam *in l. donatio. in fin.
& l. in donationibus. C. de donat.* traditam, ut ſcilicet nomen tàm do-
natricis, qvàm donatarii, & res donatæ in ſcriptura exprimantur,
Andr. Goldb. *dict. membr. 3. n. 46.* † Eſt porrò utriq; donandi modo 27.
& id commune, qvod coram judice qvocunq;, etiamſi nec donatrix,
nec donator eum pro ſuo agnoſcat Magiſtratu, validè donetur ge-
rada, perindè ut † donatio qvævis alia rerum mobilium, qvingentos 28.
excedens ſolidos, apud judicem qvemcunq́; inſinuari poteſt, modò
ordinariam habeat jurisdictionem, à lege ſcilicet vel Principe ſibi
conceſ-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0031-9

conceſſam, Petr. Heig. *part.2.qvæſt.17.n.17.* Heinr. Bocer. *de donat.cap. 3.n.49.* Matth. Coler. *part.1.deciſ.10.n.5.* Joh. Schneidwin. *ad §. aliæ.2. n.11 inſt.de donat.* Eman. Suarez. *in theſaur.recept.ſentent.lib.1.num.107.*
29. † Eſt namq; actus donationis, voluntariæ jurisdictionis, qvi nec cauſæ cognitionem, aut partis citationem, nec judicis decretum reqvirit, Bald. *in l.generaliter.§.in omnibus. C.de reb.credit.* Andr. Gail. *lib.2. obſervat.39.n.28.* Coler. *dict.deciſ.10.n.3.* qvidni ergo corã judice qvocunq; expediretur? *arg. l.ſi conſul.3. & l.ſeq.ff.de adopt.l.in privatis.77. ff.de judic.* Jaſon. *in l.qvi jurisdictioni.n.9.ff.de jurisd.* Coraſ. *lib.4.miſcell.9.*
30. † maximè qvia verba *citat.Conſt.14.* (Vor Gerichte) indeterminatè loqvuntur, ut ſalvâ generalitate, ad certum judicem reſtringi neqveant. *arg.l.de pretio.ff.de public.in rem.act.*

XXIIX.

31. SECUNDUM donationis geradæ judicialis ſolenne eſt, † ut donatrix præſens ſit, & bona utenſilia donatario offerat. qvô de verba *dict.Conſt.Elect.14.* extant hæc apertiſſima (In ihrem beyſeyn.) Andr.
32. Goldb. *de jur.gerad.dict.memb.3.n.25.* † At nonnè ſufficiet, per intermediam perſonam adeſſe donatricem? Hoc ſi affirmare velis, non parum juvaberis regulâ vulgatâ: *qvod qvis per alium facit, ipſemet*
33. *facere videtur,* † nec intereſt, propriâne, an alterius vicariâ utatur operâ, *cap. qvi facit per alium.72.* ubi Dyn. *extr.de reg.jur.in 6to.l.ſi ſervum qvis.71.§.non dixit prætor.5.ff.de acqvir.hered.l.certè ſi interim.6. §.1.ff.de precar.l.3.§.ult.ff.de donat.int.vir.& uxor.* Zaſ. *in l.ſi ita ſtipulatus fuero.126.§.Chryſognus.2.n.11.verſ.duodecimò colligo.ff.de V.O.* Andr. Tiraqvell. *in tract.de nobilit.cap.27. n.11.* Petr. Rebuff. *in cap. extirpandæ.30.§.qvi verò.n.14.extr.de præbend.* ex qvò † etiam gerada
34. qvingentos excedens ſolidos, per Procuratorem apud acta benè inſinuari poteſt, *Novell.127.cap.illud qvoq; dignum.2.* Dan. Moller. *ad Conſtit.Elect.3.part.3.n.19.& 20.* Henr. Bocer. *in tract. de donat. cap.3.n.48.*
35. Socinus Senior *lib.1.conſil.48.n.9.& 10.* † Sed nihil ad donationem geradæ hinc inferendum contra verba manifeſta *citat.Conſt.Elect.14.* qvæ præſentiam donatricis præciſè reqvirunt, & qvidem pro formâ ſubſtantiali, qvæ ad ungvem eſt ſervanda, nec poteſt adimpleri per æqvipollens, *l.3.§.ult.cum.ll.ſeqq.& l.qvi per ſalutem.ff.de jurejur.* ſed neglectâ eâ, actus infirmatur, *l.cum hi,§.ſi prætor.ff.de tranſact.l.1.*
36. *C.de præd.minor.* Everhard. *in topic.in loco à defect.form.n.2.* † Qvô & facit,

facit, qvod ſtatuto reqvirenti præſentiam, non ſatisfiat per procura-
torem, ex Panormit. *in cap. cum parati extr. de appellat.* Goldb. *dict.*
*loc. num. 28.* Nec licet argumentari à donatione ſimplici, ad donatio-
nem geradæ ſpecialem, † poſtqvam illa nudo perficitur conſenſu, 37.
*l. ſi qvis argentum. §. ult. C. de donat.* Jul. Clar. *lib. 4. ſentent. §. donatio.*
*qvæſt. 14. n. 2.* Adeoq; per procuratorem expediri eam nil obſtat, *l.*
*Labeo. ff. de pact.* at donatio geradæ ipſam reqvirit traditionem,
qvam à donatrice fieri jubet *Conſt. Electoralis.* qvin † & inſinuatio 38.
donationis jam peractæ tantum periculum non importat, qvàm do-
natio geradæ adhuc in judicio peragenda, illa enim ſive fiat, ſive non,
tamen ex pacto donator præſtare eam tenetur, vel ſaltem ad inter-
eſſe conveniri poteſt: at donatio geradæ poſt traditionem demum
judicialem effectum ſortitur, nec ullam antea parit obligationem,
*ſupra th. 9.* ut fieri non poſſit, qvin cautius heîc ſit procedendum, &
qvidem præſente ipsâ donatrice.

## XXIX.

Non autem ſufficit, ipſam donatricem in judicio eſſe præſentem,
ſed † Curator in litem qvoq; adſit, eiq; aſſiſtat neceſſe eſt, *ſæpè allega-* 39.
*tâ Conſt. Elect. 14. in verb:* (durch ihren kriegiſchen Vormunden) Eſtq;
id Tertium donationis hujus ſolenne, ac reliqvis actibus judicia-
libus commune, qvia mulier perſonam in judicio ſtandi non habet,
Landr. *lib. 1. art. 44. & 47.* Andr. Rauchb. *p. 1. qv. 2. n. 50.* nec † actum ali- 40.
qvem judicialem valet firmiter expedire absq; conſenſu Curatoris,
*Conſt. Elect. 15. p. 2.* Landrecht *dict. lib. 1. art. 46. in pr. ibi:* Jungfrauen uñ
Frauen müſſen Vormunden haben/ an allen ihren Klagen/ h. e. ſuper
qvolibet negotio, ut benè advertit Matth. Coler. † non reſtringen- 41.
do voculam actionis ad propoſitionem libelli judiciarii, ſed exten-
dendo illã ad actus omnes tàm voluntariæ, qvàm contentioſæ juris-
dictionis, *part. 1. deciſ. 12. n. 32.* & poſt eum Goldbeck. *dict. memb. 3. n. 31.*
idq; propter imbecillitatem judicii in rebus ac negotiis judicialibus
tractandis, *l. ſi mulier. C. ad SCtum Vellejan. l. ſi pater. C. de ſponſal. l. 1. §.*
*ult. C. de rei uxor. act. l. ult. C. de donat. ant. nupt. l. ſicut. C. de præſcript. 30*
*vel 40. annor. l. qvisqvis. §. ad filias. C. ad L. Jul. majeſt.* latè Andr. Tira-
qvell. *in l. 1 connub. Gloſſ. 1. part. 1. n. 71. & multis ſeqq.* Andr. Rauchb.
*dict. loc.* usq; adeò † ut actus mulieris, absq; Curatoris autoritate in 42.
judicio celebratus, nunqvam tantæ ſit efficaciæ, qvin ſi pœnitere ve-

ſit, qveat illũ revocare & reſcindere, Zobel. *in addit. ad text. germ. art. 45. lib. 1.* Landr. *lit. e. Gloſ.* Weichbild *art. 22. & 26.* Coler. *dict. deciſ. 12. n. 38. &*
43. *39.* ac licet † mulier, dum adhuc in vivis fuit, actui haut contradixerit, attamen poſt mortem ejus, heredes illum impugnare non prohibentur, Dan. Moller. *ad dict. Conſt. Elect. 15. n. 94.* Berlich. *part. 2. concluſ. 17. n. 123.* nempe, qvia ipſo jure actus ejuſmodi eſt nullus, Coler.
44. *p. 1. deciſ. 67. n. 21.* † qvo caſu heredes facto anteceſſoris contravenire valent, *l. qvemadmodum. 7. C. de agricol. & cenſit.* Hartm. Piſtor. *obſ. 190.* Arius Pinell. *in l. 1. part. 3. n. 83. verſ. limitatur decimò. C. de bon. matern.* Dan. Moller. *citat. loc. n. 97.*

## XXX.

45. Qvantumvis † autem curator in litem, actus mulieris gerat inſtar advocati, cujus ſuſtinet vices, *Gloß. ad text. latin. in art. 46. & gloß. german. ad text. german. in art. 47.* Landr. *lib. 1.* ex qvo non tantùm à
46. judice domicilii, † ſed etiam ab eo, coram qvo agitur negotium, conſtitui & ordinari poteſt, notante Goldbeccio *dict. membr. 3. n. 39.* ab
47. eo tamen differt, qvod non ut Advocatus † alium ſubſtituere valeat ad donationis actum, propter verba *Conſt. Elect. 14. part. 2.* qvæ ipſius Curatoris præſentiam reqvirunt ad donationis actum, ejusq; in-
48. duſtriam expetunt: † non autem per alium qvid expediri poteſt, qvando perſonæ eligitur induſtria, Petr. Rebuff. *in cap. extirpandæ. 30. §. qvi verò. n. 14. verſ. & ideò erit regula. extr. de præbend.* Differt
49. qvoq; † Curator hic ad litem à Procuratore vel Advocato in rem ſuam, cujus multum intereſt, actum expediri: at Curator in litem nil qvicqvam inde lucratur, ſed ſaltem ad integrandam mulieris,
50. qvæ actum gerit, perſonam accedit; non ſine inſigni effectu, † qvia per hoc, in ipſo donationis actu præſens ſit, neceſſe eſt, nec valebit donatio, ſi ex poſtfacto autoritas ejus acceſſerit, *l. obligari. §. tutor. ff. de tutor. tutor.* Bartol. *in l. ſi qvis mihi. §. juſſum. ff. de acqvir. heredit.* Simoncell. *in tract. de decret. in præfat. n. 54.* Joach. Mynſing. *cent. 2. obſervat. 34.*

## XXXI.

51. At nonnè † Curatoris vices maritus ſupplere poterit, ſi ſcilicet uxor maritata bona ſua utenſilia per donationem inter vivos judicialem in alium transferre velit? Non ſanè de utriusq; conſenſu diſce-
52. ptamus, † prout qvæſtionem hanc format Andr. Goldbeck. *dict.*

*membr.*

*membr.3.n.113.* maritum ſiqvidem hoc caſu, donationem ſuo diſſen-
ſu haud impedire, demonſtratum dedimus *ſuprà th.19.* nec id in con-
tentionem vocamus, an † ſufficiat adeſſe maritum, ſuamq́; apponere 53.
autoritatem, ſi Curator in litem conjugi fuerit datus, ac judicialiter
confirmatus, de qvo forſan dubium non eſt; ſed hoc ſaltem tangi-
mus, † num jure tutelæ vel curatelæ conjugalis, qvam jura Saxoni- 54.
ca deferunt marito, Landrecht *lib.1.art.31.& 45.* præſentiâ & autorita-
te ejus donatio geradæ judicialis æqvè firmiter & validè celebretur,
ac ſi alius qvispiam Curator adhibitus fuiſſet? Neminem opinor
latet, qvod vulgò tralatitium eſt apud interpp. juris Saxonici: † mu- 55.
lierem maritatam bona ſua ſolius mariti autoritate, abſq́; alio Cu-
ratore firmiter diſtrahere, aliaq́; negotia tractare, & ſe obligare poſ-
ſe, Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 15. part. 2. n. 3.* Matth. Weſenbec. *vol. 1.*
*conſil. 11. n. 17.* Matth. Berlich. *part. 2. concluſ. 17. n. 15.* Jacob. Schult. *in*
*addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 1. qvæſt. 14. n. 21.* Anton. Hering. *de fidejuſ-*
*ſor. cap. 18. n. 55.* † Ex ratione prædictâ, qvod de jure Saxonico maritus 56.
qvam primùm ingreditur thorum uxoris, fiat tutor ejus, *dict. art. 31.*
*& 45. lib. 3.* Landr. *art. 45.* Weichbild *art. 65.* Rauchb. *dict. qvæſt. 2. n. 39.*
Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 66. num. 3.* Frider. Penſold. *in addit. ad Coler.*
*part. 2. deciſ. 222. n. 18.* qvæ & ipſa eſt cauſa, qvod *in Conſt. Elect. 15. part.*
*2.* † particula (*Et*) qvâ maritus Curatori adjungitur, & utriusq́; con- 57.
ſenſus ad actus mulieris reqviritur; in verb: ihrer Ehelichen und an-
derer Vormunden / disjunctivè vulgò explicatur, ita ut alterutrum
ſufficiat, vel mariti, vel alteriùs Curatoris conſenſum & autorita-
tem interveniſſe, à Dan. Moller. *dict. loc. & lib. 3. ſemeſtr. c. 35.* Berlich.
*dict. concluſ. 17. n. 17.* Cum infreqvens haud ſit, † ut pro ratione ſubje- 58.
ctæ materiæ, copulativa oratio in disjunctivam vel alternativam re-
ſolvatur, *l. ſæpè ita. 53. ubi Dd. ff. de V. S.* Qvô ſic ſtante, haut minorem
mariti, qvàm alterius Curatoris eſſe autoritatem in adſiſtendo mu-
lieri donanti, qvis exiſtimaverit? Verùm qvò minùs id aſſeramus,
† obſtat ſanctio Electoralis, qvæ verbis diſertis autoritatem Curato-
ris ad litem reqvirit in donatione Geradæ judiciali, *Conſt. 14. p. 2. verb:* 59.
durch ihren kriegiſchen Vormunden / qvàm multum verò ab invicem
differant curatela ad litem, & tutela conjugalis, qvam ſuſtinet de ju-
re Saxonico qvilibet maritus, Kriegiſche und Eheliche Vormund-
ſchafft / vel inde perſpicuum eſt, † qvod maritus uxoris nomine in 60.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0035-1

judicio non admittatur, nec in actibus judicialibus ei adſiſtere valeat, ſi non & curatelam uxoris in litem ſuſceperit, & Curatorium produxerit, *Ordin.proceſſ.judiciar.Elect.Saxon.tit.8.§.* do ſie aber. Joach. à Beuſt. *inl.1.n.213.ff.de jurejur.* Dan.Moller. *lib.1.ſemeſtr.18.n.9.* Rauchb. *dict.qv.2.n.46.* Qvantumvis ergò in diſtractione bonorum uxoris, autoritas mariti ceu tutoris conjugalis ſufficiat, *dict.Conſt.E-*
61. *lect.15.p 2.* ad † donationem tamen geradæ ceu actum judicialem inferre inde non licet, qvia periculoſa ſit à diverſis illatio, *l. inter ſtipulantem.83.§.ſacram. 5.ff. de V.O.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. lit.d. concluſ.517.num.12.*

XXXII.

62. QVARTO deniqvè neceſſe eſt, † ut res geradicæ offerantur & tradantur donatario, *ſæpè citat. Conſt. Elect. 14. p. 2.* nec ſubſiſtit donatio geradæ judicialis absq; traditione reali, qvæ eſt duplex: Ficta & Ve-
63. ra; † Illa, ſi rebus ad geradam pertinentibus domi vel alibi aſſervatis tradantur claves ciſtarum & capſarum, in qvibus ſpecies donatæ continentur, *dict. Conſt.14.in verb:* Mit überantwortung der Schlüſſel/ Harum ſiqvidem traditione ex causâ donationis transfertur ge-
64. rada, † licet ciſtæ haut aperiantur, non minus, ac ſi res ipſæ traditæ & translatæ fuiſſent, *§.item ſi qvis. ubi* Johan. Schneidwin. & Matth. Weſenb. *inſtit.de rer.diviſ.l.clavibus.ff. de contr.emt.l.1.§.pen.ff.de acqvir.poſſeſſ.* Andr. Goldb. *dict.membr.3.n.41.* Sed cum in fictâ ejusmo-
65. di traditione, † jura in conſpectu domûs vel horrei rerumq; aliarum transferendarum claves offerri velint, *dict.l.clavibus.& dict.l.1.§.pen.* qvod in loco judicii, capſis & ciſtis haut præſentibus commodè fieri
66. neqvit, aliam Sereniſſimus Saxo ſubſtituit ſolennitatem, † ut nimirùm unâ cum clavibus, deſignatio ſeu ſpecificatio rerum geradicarum offeratur, qvo fictæ traditioni ad effectum transferendi dominii ſatisfiat, qvæ hinc utrumq; ſimul reqvirit, & clavium & deſignationis rerum geradicarum exhibitionem. *dict. Conſt.14.verb:* Ein
67. Verzeichnis mit überantwortung der Schlüſſel/ † Etſi verò Matth. Berlich. per deſignationem intelligit ſpecificationem particularem omnium ac ſingularum rerum ad geradam pertinentium, *part.2. concluſ.16.n.32* ex receptâ tamen obſervantiâ ſufficit deſignatio gene-
68. ralis, † qvæ enumeratis qvibusdam ſpeciebus, annexam habet clauſulam univerſalem omnium illarum rerum, qvæ geradæ voculâ

com-

comprehenduntur, Dan. Moller. *ad dict. Conſt. 14. n. 7. ubi* Reinhard. Roſa, Goldbeck. *dict. membr. 3. n. 147.*

XXXIII.

Vera dicitur traditio, † qvando res ipſæ geradicæ traduntur donatario, §. *per traditionem. ubi* Joh. Harpprecht. *n. 3. Inſt. de rer. diviſ. & acq. ipſar. domin.* nimirùm in donatione extra locum judicii, in ædibus forſan donatricis ubi res exiſtunt præſentes: qvibus traditis nec claves, nec deſignationem rerum offerri & exhiberi neceſſe eſt. 69.
Non illas: † qvia verâ traditione factâ, non opus eſt ulteriori ejus fictione, qvæ fit oblatione clavium, qvia ceſſat fictio, ubi veritas locum ſortitur, *arg. l. nec ei. 17 §. & primùm. 2. verſ. tertiò. 3. de adoption.* veritasq; præfertur, qvando cum fictione ad idem concurrit, *l. filio qvem. ff. de lib. & poſth. l. ſi fortè. ff. de caſtr. pecul.* Goldb. *dict. membr. 3. n. 90.* 70.
† Neq; hæc: Siqvidem exhibitio ſpecificationis eſt ſaltèm pars qvædam, ſeu adjunctum fictæ traditionis, *th. præced.* Qvod ſi ergo vera traditio ceſſare facit ipſam traditionem fictam, ut modò diximus, non certè adjunctum fictæ traditionis obſervari neceſſum eſt, præſertim cum ſpecificatio rerum æqviparetur heîc ipſis rebus, qvarum vice fungitur, 71.
† ut ſic alterutrum, vel deſignatio vel præſentia rerum donatarum ſufficiat, poſtqvam æqviparatorum eadem eſt juris diſpoſitio, *l. 1. ubi Dd. ff. de legat. 1.* nec refert qvid ex ęqvipollentibus fiat, *l. ſi ita eſſet. 15. ff. qvando dies legat. ced. l. ult. C. de donat. qvæ ſub mod.* 72.
† Qvò & faciunt verba manifeſta *dict. Conſt. 14.* Ob gleich die *donirten* Stücke nicht gegenwertig ſeyn würden/ Exigit nimirùm ſanctio Electoralis deſignationem rerum in donatione geradæ judiciali, ſi ipſæ præſentes non ſint: 73.
† ex qvò à contrario ſenſu redditur perſpicuum, haud opus eſſe exhibitione ſpecificationis, qvando res geradicæ ſunt præſentes, & donatario ipſæmet traduntur, Goldbeck. *dict. membr. 3. n. 152.* 74.

## CAP. IV.

### *Donationis Geradæ extrajudicialis qvæ reqviſita?*

XXXIV.

Hactenus de donatione geradæ judiciali: Accedamus jam ad extra 1.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0037-2

tra judicialem donationem, de qvâ clara & expreſſa extat lex Sereniſ-
ſimi Saxoniæ Electoris *in Conſt. 14. §.* So aber eine ihre Gerade auſ-
ſerhalb Gerichts/ *donatione inter vivos* vergeben wolte ꝛc. *part. 2.* Eaq;
2. extra provincias † qvoq; Electoratus Saxonici, ubi *dict. Conſt.* 14. re-
cepta haud eſt, valida & firma ad translationem geradæ habetur.
Etſi enim de hac nihil expreſsè reperitur proviſum in jure Saxonico,
qvod duntaxat mentionem facit donationis geradæ judicialis, *Gloſſ.*
*in art. 27.* Landr. *lib. 1. Aut. Conſultat. Conſt. conſtit. Saxon. lib. 1. part. 5.*
3. *caſ. 33. & lib. 2. part. 1. qvæſt. 53.* † ſufficit tamen ad probationem do-
nationis hujus, qvod bona mobilia indifferenter de jure Saxonico
extra judicium ritè & firmiter per donationem inter vivos in alium
transferantur, per tradita *Gloſſ. latin. in art. 52.* Landr. *lib. 1. lit. b. &*
*ibidem Gloſſ. german. verb.* In allen Städten/ *ibi:* Auch magſtu ſol-
che fahrende Haabe auſſerhalb Gerichts vorgeben/ Andr. Goldb. *de*
*gerad. cap. 7. memb. 3. n. 99.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ.* 13. *n.* 3. à qvo
4. nullibi res mobiles geradicæ ſunt exceptæ, † qvin potius hoc ipſo ſa-
tis comprehenſæ, qvod Sereniſſimus Saxo ceu defenſor juris Saxoni-
ci, Albin. *in hiſtor. miſnic. part. 1. tit.* 16. Petr. Heig. *part. 1. qvæſt. 4. n. 35.*
5. diſpoſitione ſuâ ab eo receſſiſſe, haud præſumatur. † Præterea &
ipſum jus civile donationem extra judicialem probans, *l. Si qvis ar-*
*gentum. & l. pen. C. de donat.* huic ſucurrit, qvod cum jure Saxonico
qvoad geradam correctum haut reperitur, cur in provinciis Saxoni-
cis non æqvè obtineret? *Gloſſ. german. in art. 36. in fin.* Landr. *lib. 2.*
*Gloſſ. in art. 44. in verb.* da lieſen die Bauren. Landtrecht. *lib. 3. Bartol.*
*in l. omnes populi. n. 60. ff. de juſt. & jur.* Goldbeck. *dict. membr. 3. n. 100.*

## XXXV.

Qvemadmodum verò donatio geradæ judicialis ſuis conſtat So-
6. lennibus, ut ex prædictis clareſcit; † Ita & donatio extra judicialis
certis reqviſitis eſt vinculata: Qvorum PRIMUM ſe offert, ut fiat do-
7. natio ab ipſâ donatrice, in † præſentiâ duorum vel trium teſtium vel
etiam Notarii & teſtium, *dict. Conſt. Elect. 14. §.* So aber eine/ *verb.*
In beyſeyn zweyer oder dreyer Zeugen/ oder aber auch vor *Notarien*
und Zeugen/ ꝛc. idq; non tàm ob cauſam probationis & teſtimonii,
8. qvam † ad ſolennitatem actûs formalem, qvæ donationi eandem
tribuit firmitatem, idemq; robur, qvo conſtat donatio geradæ judi-
cialis, cui hæc extra judicialis æqviparatur, Goldbeck. *dict. memb. 3.*
*n. 72.*

n.72.† Etſi verò Notarii præſentia haud præciſè reqviritur, ſed donatio coram ſolis teſtibus facta ſubſiſtit, ut expeditum facit vocula (Oder) disjunctiva ſeu alternativa: conſultius tamen eſt Notarium adhibere,† qvi inſtrumentum deſuper conficiat, qvod ceu publicum 10. & authenticum ulteriore non indiget probatione, ſed fidem mereatur perpetuam, Anton. Fab. *in. Cod. lib.* 6. *tit.* 5. *defin.* 10 *n.*7. Bartol. Socin. *vol.*3. *conſil.*95. *n.*5. Philipp. Decius *conſil.*42. *n.*5. Jaſon. *in l. ſi duo patroni. §. idem Julianus. n.* 25. *ff. de jurejur.* qvia † Notarii ſunt publicæ perſonæ, habentes jurisdictionem ſive notionem in actibus voluntariis, judicesq; vocantur chartularii, *Gloſſ. in l.*1. *verb. judicis. ff. de judic.* Marant. *part.* 4. *diſtinct.* 18. *n.* 2. Mattheſ. *ſingul.* 20. *in apoſtillâ. n.* 3 Andr. Gail. *lib.* 1. *obſervat.* 1. *n.* 13. Regn. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 12. Matth. Stephan. *de jurisd. lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 5. *in pr.* † qvare fides habenda eorum inſtrumentis, ex qvibus triplex oritur præſumtio: Una, qvoad materiam, qvod ſint: altera qvoad formam, qvod ſint ſolennia; & tertia qvoad finem, qvod omnia qvæ ſunt inſcripta, ita ſint geſta, prout inveniuntur à Notario conſignata, Matth. Weſenbec. *part.* 3. *conſil.* 130. *n.* 63. *& part.* 4. *conſil.* 183. *n.* 17. † Omiſsâ verò inſtrumenti confectione, vel Notario prorſus non adhibito, id negotii relinqvitur, ut ſi de fide donationis dubitetur, teſtes jurare neceſſe habeant, licet donationi ſubſcripſerint: Scilicet, † qvia tùm non ſcriptura ipſa, ſed teſtes arguunt veritatem actûs & negotii, adeoq; non per ſcripturam, ſed per teſtes id probatur, ut in ſimili loqvitur Molin. *in conſuet. Pariſien. tit.* 1. *§.* 5. *n.* 16. Non aliter verò fides teſtibus habetur, † qvàm ſi depoſitionem ſuam jurejurando firmaverint, *l. jurisjurandi.* 9. *C. de teſtib. cap. nuper. cap. qvoties. extr. eod. tit.* Anton. Fab. *in Codic. lib.* 4. *tit.* 14. *defin.* 8. *n.* 2.

9.

11.

12.

13.

14.

15.

## XXXVI.

Secundum donationis extrajudicialis reqviſitum in eo poſitum eſt, ne † res geradicæ ſuperent valorem qvingentorum aureorum hungaricorum, *citat. Conſt. Elect.* 14. *§.* So aber eine ihre Gerade/ꝛc. idq; petitum ex jure communi, † qvo omnis donatio excedens ſummam qvingentorum ſolidorum, actis judicialibus eſt inſinuanda, *§. aliæ. inſtit. de donat. l. ſancimus.* 34. *& l. ſi qvis argentum.* 35. *§. ult. C. eod. tit.* Cur ita? qvadruplicem † vulgò Doctores proferunt rationem, 1. qvo inter donationem & inſinuationem poſſit deliberare

16.

17.

18.

do-

donans, an ſibi expediat donationem perficere, nec ne. 2. ut iteratio actûs per inſinuationem declaret & oſtendat perſeverantiam mentis donatoris, 3. tollatur omnis ſuſpicio fraudis. 4. & occurratur falſis probationum modis, Henr. Bocer. *in tract. de donat. cap. 3. n. 57.* Joh. Harppr. *ad dict. §. aliæ. n. 137. inſtit. de donat.* Petr. Rebuff. *in comm. ad Reg. conſt. gall. tõ. 1. tit. de donat. inſin. art. 1. gloſſ. 1. n. 2.* Jacob. Menoch. *lib. 3. conſil. 261. n. 19. & ſeqq.* Roland. à Valle *lib. 2. conſil. 70. n. 17.*

19. † qvarum tamen neutra præter tertiam ad donationem geradæ accommodari poteſt. Etſi verò aliâs verbum ſolidi ambiguum eſt, ut qvod in priſcis Saxonum legibus ſignificat minoris monetæ genus,

20. & germanicè appellatur (Schilling) qvin & † ſi de aureâ accipiatur monetâ, ejusdem pondus adhuc dubium, propter incertam ac diverſam aureæ monetæ æſtimationem, ut videre eſt apud Budæum *lib. 3. & 5. de aſſe.* Didac. Covarr. *de collat. vet. numiſm. cap. 3. in pr.* Andr.

21. Gail. *lib. 2. obſervat. 39.* † unde tam variæ interpp. opiniones exortæ, ad qvam aureorum noſtratium qvantitatem donatio absq; inſinuatione ſubſiſtat, qvas refert Wurmſer. *in obſervat. pract. tit. 49. de verb. ſignif. obſervat. 11.* Joh. Guttierez. *in tract. de juram. confirm. cap. 7.* Henr. Bocer. *dict. cap. 3. n. 66. & ſeqq.* Johan. Köppen *decis. 5. n. 16. & 17.*

22. † adeò ut hoc cujusq; loci ſtatutis & conſuetudinibus relinqvendum exiſtimaverint, ceu rem merè poſitivam, cum nec ipſa ſolidorum ſumma olim fuerit certa, ſed primùm ducentorum ſolidorum, qvæ dein ad trecentos, ac demum ad qvingentos eſt aucta, *dict. l. ſancimus 34. in pr. & l. 36. §. ult. C. de donat. dict. §. aliæ. 2. verſ. & cum retrò.*

23. *inſtit. eod. tit.* † Attamen expeditum hodiè eſt, qvod per ſolidum intelligatur aureus Ungaricus, ita, ut donatio tum demùm reqvirat inſinuationem, ſi excedat qvingentos ducatos, *arg. Ordin. criminal. Carol. art. 160. junct. Conſt. Elect. 32. §. 1. ibi:* **Vber fünff der beſten Vngariſchen Gülden/ ꝛc.** *part. 4.* Matth. Weſenb. *in not. margin. ad Joh. Schneidwin. in dict. §. aliæ. n. 24. lit. a. & in parat. ff. de donat. n. 6.* Dan.

24. Moller. *lib. 1. ſemeſtr. 37. n. 2.* † Valida itaq; erit donatio geradæ, ſi æſtimatio ejus non excedat qvingentos ducatos; qvod ſatis expreſſum, *dict. Conſt. 14. part. 2. verb:* **Vnd die Stücke über 500. Vngariſche Gül-**

25. **den nicht theten außtragen/** Nec eſt, ut de † augmento vel decremento ducatorum, qvoad extrinſecam qvalitatem ſive valorem creſcen-

26. tem vel decreſcentem heîc ſimus curioſi, † ſi rerum geradicarum æſtima-

ſtimatio fiat ſecundũ ducatos in ſpecie,qvod omninò fieri debet.Ex-
cedente autẽ valore bonorũ utenſiliũ qvingentos ducatos, num do-
natio planè irrita erit? Neqvaqvam: † Sed res ita eſt temperanda,ut 27.
annulletur donatio ſaltèm qvoad ſuperfluum, & ſummam qvin-
gentos aureos excedentem, in reliqvis verò ſubſiſtat,qvia † hoc juris 28.
obtinet in aliis donationibus, *dict.l.ſancimus.34.in pr.ibi: Hoc qvod*
*ſuperfluum eſt, tantummodò non valere, reliqvam verò qvantitatem,*
*qvæ intra legis terminos conſtituta eſt, in ſuo robore perdurare, qvaſi*
*nullo penitùs alio adjecto, ſed hoc pro non ſcripto vel non intellecto eſſe*
*credatur. C. de donat. l. ſi qvis argentum. 35. §. ſin autem.3.in fin.C. eod.*
*tit.Novell.162.c.1.§.& illud etiam,&c.* Henr. Bocer. *dict.cap.3.n.80.* Jul.
Clar. *lib.4.ſentent.§. donatio. qvæſt. 17.n.2.* Joh.Harppr. *ad dict.§.aliæ* 29.
*autem.n.148.& ibi etiam* Joh.Schneidwin. *n.39.inſt.de donat.* † at nul-
libi aliud de donatione geradæ reperitur conſtitutum: qvidni ergo
& hæc intra terminos legis Saxonicæ conſtituta ſubſiſteret? cùm
præſertim juris ſit notiſſimi, utile † per inutile non vitiari, qvoties 30.
aliqva ſeparationis vel diviſionis ratio iniri poteſt, *cap. utile. 37. ubi*
*gloſſ.extr.de reg.jur.in 6to. l.ſed ſi mihi.5.ff.de V.O.l.ſed etſi.12.ff.de con-*
*ſtit.pecun.l.placuit.29.ff.de uſur.l.11.ff.de ſtipul.ſervor.*

## XXXVII.

Non itaq; ſubſiſtit donatio geradæ extrajudicialis in ſummâ qvin- 31.
gentos ducatos ſuperante: At † qvid ſi apud acta inſinuetur? Ut ma- 32.
ximè aliâs inſinuatio judicialis donationẽ etiã † qvoad exceſsũ præ-
dictæ ſummæ convalidat, *dict.§.aliæ 2.dict.l.ſancim.34.dict.l.ſi qvis ar-* 33.
*gentum.35.§.ult.C.de donat.* parum tamen † ponderis habet in do-
natione geradæ,nec eam corroborare poteſt,qvia actum donationis
jam ſubſiſtentem præſupponit, cui poſteà coram judice publicato,
& in acta relato plenam tribuit firmitatem, Mozz. *in tract. de donat.* 34.
*tit.de ſubſtant.n.6.* Joh.Harppr. *in dict.§.aliæ.n.137.* † ſed qvomodo id
applicabitur donationi geradæ, qvæ ob formæ defectum ab initio
planè eſt irrita,nec vel judicialis vel extrajudicialis donationis no-
men ac qvalitatem aſſumit: non illius, qvia traditio haut facta eſt 35.
apud acta, *dict. Conſt. Elect. 14.* † neq; hujus,ut qvæ ultrà ſummam
permiſſam per ſe nulla: adeoq; nec ſubſeqvente inſinuatione con- 36.
firmari valet, *l.5.C. de legib.* ſcilicet † qvia ſumma qvingentorum du-
catorum ipſam intrat donationis geradæ formam, cujus omiſſio
actum omnem in reſiduo potiùs infirmat, qvàm ut apicem confir-

 matio-

37. mationi per inſinuationem relinqvat, Forma † ſiqvidem ad amuſſim adimpleri debet *cap.22. extr. de reſcript. cap. piſanis.19. extr. de reſt. ſpoliat. cap. venerabili.37. extr. offic & poteſt. jud. delegat. l. cum his. 8. §. ſi prætor. ff. de tranſact. l. qvi per ſalutem.33. ff. de jurejur.* † & omiſ-
38. ſio ejus in qvâlibet, vel minimâ etiam portiunculâ, vitiat actum, Jaſon. *in l.1. n.25. verſ. item omiſſio formæ ff. de lib. & poſth. & lib. 2. conſil. 149. n. 12.* Bald. *lib.2. conſil.76. col.1. verſ. præterea ſtatutum dicit.* Andr. Gail *lib.2. obſervat.65. n.5.*

## XXXIIX.

39. Tertium nunc ſubintrat reqviſitum, † qvod eſt traditio rerum geradicarum, *ſæpè dict. Conſt. Elect.14. in pr.* So aber eine ihre Gerade auſſerhalb Gerichts *donatione inter vivos* vergeben wolte/ & *in verb. final.* Auch darneben die *donirten* Stücke zugeſtellet und übergeben
40. werden/ cum enim donatio nec pactum ſit, nec contractus, † ſed modus acqvirendi dominium, ut demonſtravimus *ſuprà, th.9.* fieri non poteſt, ut omittatur traditio, qvæ ſola eſt medium & manus translationis, *§. per traditionem. inſtit. de rer. diviſ. l.9. §. hæ qvoq; res.3.*
41. *ff. de acqvir. rer. dom.* † Eamq; duplicem poſuimus, fictam & veram, *th.32.* Utraq; in donatione qvoq; extrajudiciali ſuum ſortitur effectum, & ſufficiens habetur ad transferendam geradam; illa perfici-
42. tur exhibitione clavium in conſpectu arcarũ, † qvibus res geradicæ continentur, *prædict. Conſt.14.* Jedoch ſo müſſen die Schlüſſel alsdañ in Gegenwart der Kaſten und Truhen darinnen ſolche Stücke verwahret/ dem *donatario* zugeſtellet werden. Non etenim ficta perfi-
43. citur traditio ſolâ clavium oblatione, † ſed in conſpectu rei transferendæ id fiat, neceſſe eſt, *l. clavibus. 74. ff. de contr. emt. dict. l. qvâ ratione.9. §. item ſi qvis merces.6. l.1. §. ſi juſſerim. 21. ubi* Bartol. & Jaſon. *ff. de acqvir. rer. domin.* Joh. Harppr. *ad §. interdum etiam.44. n.3.*
44. *inſt. de rer. diviſ.* Qvid verò, † ſi deſignatio ſpecierum donatarum unà cum clavibus exhibeatur, anne valida tum erit donatio extrajudicialis, ut maximè res ipſæ in ciſtis præſentes haut ſint? Neqvaqvam; licet enim ſpecialiter receptum ſit, ut deſignatio rerum geradicarum ſuppleat defectum realis præſentiæ in donatione judiciali, *th.32.*
45. *Conſt. Elect.14. in pr.* † attamen res aliter ſe habet in donatione extrajudiciali, ad qvam præciſè Sanctio Electoralis præſentiam reqvirit, deficiente ſcilicet causâ illius ſpecialitatis, qvod parùm commodè

ciſtæ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0042-0

ciſtæ cum rebus geradicis in locum judicii transportentur. Non minima igitur pars eſt ſolennitatis in donatione extrajudiciali, † ut in 46.
præſentiâ ciſtarum, qvibus bona continentur utenſilia, claves exhibeantur, à qvâ neutiqvàm recedendum ſalvô donationis actu, qvi formâ neglectâ penitùs infirmatur, *l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de transact. l. 1. C. de præd. minor.* Everhard. *in top. loc. à defect. form. n. 2.* † idq; vo- 47.
cula (Müſſen) qvæ neceſſitatem importat, *in allegat. Conſtit. 14.* luculenter evincit, Andr. Goldb. *de jur. gerad. c. 7. membr. 3. n. 75.*

## XXXIX.

Qvod † ſi verò ipſæ res geradicæ offerantur & exhibeantur dona- 48.
tario, propriâ & reali traditione perfici dicitur donatio extrajudicialis, *dict. Conſt. 14. in verb:* Auch darneben die *donirten* Stücke zugeſtellet und übergeben werden. ſit † namq; vera traditio, cùm vel res 49.
mobilis de manu in manum datur, vel qvis in rei immobilis poſſeſſionem inducitur, *Dd. in l. ſi me in vacuam 34. ff. de acqvir. vel amitt. poſſeß.* Philipp. Matth. *ad l. id qvod noſtrum. 11. num. 15. ff. de reg. jur.* Johan. Harppr. *in §. per traditionem. 40. n. 3. inſt. de rer. diviſ.* ex qvô † ſatis ma- 50.
nifeſtum, caſu hoc exhibitionem clavium neceſſarium haut eſſe, ne traditionem veram cum fictâ confundamus, ſecundùm ea, qvæ diximus *ſupra th. 33.* niſi † verba jam prolata *ex Conſt. 14.* Auch darneben. 51.
ſcrupulum injiciant, qvæ qvia ſunt copulativa, utrumq; reqvirere videntur, *l. ſi heredi plures. 5. ff. de condit. inſtit. §. pen. inſt. de hered. inſtit.* Bartol. *in l. ea tamen. 46. ff. de legat. 3.* Everhard. *in loc. à natur. copul. n. 12.*
Sed abſona eſſet hæc illatio, † qvæ ut evitetur, verba prædicta disjun- 52.
ctivè intelligit Andr. Goldbeck *cit. membr. 3. n. 34.* ita ut vel claves in conſpectu ciſtarum; vel ipſas res geradicas tradi neceſſe ſic, & ſic alterutrum ſufficiat, cum † non ſemper copulativa conjungat, ſed in- 53.
terdum disjungat, pro ſubjectâ materiâ, *l. pen. & ibi Dd. C. de verb. ſignif.* Panorm. *in cap. 2. & in cap. inter cæteras. extr. de reſcript.* Bartol. *in l. 1. in pr. ff. de pact.* De qvo intellectu, nihil eſt, qvod hæſitemus, † ſi verba finalia *dict. Conſt. 14.* (Der *donatarius* ihr die *donirten* Stü- 54.
cke/oder die Schlüſſel darzu wieder zuſtelle) cum præcedentibus conferamus: Reſervatô nimirum donatrici uſufructu geradæ, vel res ipſas, vel ſaltem claves reſtitui jubet Saxo Sereniſſimus, † ex qvo ſanè 55.
alterutrum duntaxat tradi neceſſe ſit, colligimus. Idq; tanto magis

56. † qvod ceſſet fictio qvando veritas intrat, *arg. l. nec ei. 17. §. & primum 2. verſ. 3. ff. de adopt.*

XL.

Sunt hæc tria reqviſita ad donationem geradæ extra judicialem
57. neceſſaria: Qvibus num adhuc † QVARTUM, qvod in præſentiâ & autoritate Curatoris in litem recumbit, addi debeat, expeditum haut eſt? Id namq; in donatione judiciali neqvaqvàm omittendum demonſtravimus *ſupra th. 29. ex Conſt. Elect. 14. part. 2.* qvæ propria & fixa materiæ hujus ſedes habetur, *in verb.* durch ihren kriegiſchen Vor-
58. munden. † multo minùs ideoq; in donatione extrajudiciali, autoritas Curatoris negligenda erit, ob majorem læſionis metum in rebus gerendis, cui longè difficiliùs extra judicium & Magiſtratu abſente
59. occurri poteſt; nec enim peractâ donatione, † remediũ reſtat mulieribus, qvo actũ revocare & res geradieas ſemel alienatas rurſus repe-
60. tere qveãt, *l. generaliter ſancimus. 10. C. de revocand. donat.* Qvin & † cũ generaliter ſit conſtitutũ, mulierẽ nil qvicqvã vel in judicio, vel extra judiciũ agere & alienare poſſe, niſi id Curatoris ſui fiat interventu, *Conſt. Elect. 15. verſ.* gleicher Geſtalt / *ibi:* In und auſſerhalb Gerichts ſchlieſſen und handeln / damit ſie ſich gegẽ niemand verpflichten. *part. 2.*
61. non tutò ab hâc generalitate donationẽ geradæ excipere licet. † Ne verbulo tamen mentionem facit Curatoris in litem, ejusq; præſentiam reqvirit Sanctio Electoralis ad donationem rerum utenſilium extrajudicialem, *in dict. Conſt. 14.* ut maximè reqviſita illius accuratè
62. congeſſerit, † procul dubio hoc unicum non prætermiſſum, ſi neceſſarium id foret ad actum donationis convalidandum. Nec etiam alibi qvicqvam de hoc reperitur ſtatutum, ut hinc ſuſpecta non immeritò videatur nobis prædicta aſſertio. Rectiùs autem dixerimus
63. † ſubſiſtere donationẽ geradæ extra judicium factam, etiam ſine autoritate Curatoris in litem, cum Jacob. Thoming. *deciſ. 6. n.* 22. Andr.
64. Goldb. *dict. membr. 3. n. 136. & seqq.* ne incurramus illud tritum: † Erubeſcimus ſine lege loqvi, *Novell. 18. cap. 5.* Jaſon. *in l. præſes provinciæ. 12. n. 3. verſ. unde erubeſcimus. C. de transact.* Hier. Schurff. *cent. 1. conſil. 32. n. 2.* Aym. Cravett. *conſil. 25. n. 9.* Franc. Vivius *deciſ. 358. n. 4.*
65. Matth. Weſenb. *conſil. 2. n. 1.* † Cumq; mulieres ſolutæ de jure Saxonico mobilia ſua alienare & donare poſſint etiam ſine Curatore ad litem; Landr. *lib. 1. art. 45. verſ.* Mägde aber / oder unbemañte Weibere / ꝛc.

bere/ ꝛc. *Conſt. Elect. 15. § ult. verſ.* wie denn auch den Wittben und Jungfrauen/ꝛc.*part.2.*animadvertere haut poſſumus,† qvô prætextu 66.
in donatione rerum utenſilium, qvæ & ipſæ ſunt mobiles, regula ſit limitanda, qvâ potiùs ſtandum donec exceptio probetur, *cap. cum eccleſia ſutrina.3. ſub fin. extr. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Cagnol. *in l. 2. n. 185. C. de pact. inter emt. & vendit.* Hier. Schurff. *cent. 3. conſil. 90. n. 14.* Bald. *in l. ſi tutor. 6. in fin. C. de ſerv. pignor. dat. manumiſ.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 9. cap. 7. n. 146.* † Parũ verò roboris habet ad proban- 67.
dum ſanctio *dict. Conſt. Elect. 15. verſ.* gleicher geſtalt/ qvæ omnem mulier s actum ſine Curatore ad litem geſtum annihilat: qvia lo-
qvitur † de bonis immobilibus, uti facit expeditum *verſ. ſeqvens:* 68.
wie dañ auch den Wittben und Jungfrauen/ ꝛc. qvi liberam de rebus mobilibus diſpoſitionem ſine Curatoris adſenſu mulieribus ſolutis
attribuit. † Nec fortior petitur probatio ex donatione judiciali, qvæ 69.
ſine Curatoris autoritate non ſubſiſtit, *dict. Conſt. Elect. 14.* ſiqvidẽ à donatione judiciali ad extrajudicialem non firmiter argumentari li-
cet, † propter rationem diverſitatis, qvæ non in metu læſionis conſi- 70.
ſtit, ſed actum judiciarium reſpicit, cui ſine Curatore mulier intereſſe neqvit, qvia perſonam in judicio ſtandi legitimã non habet, Landr.
*lib. 1. art. 44. & 47.* Andr. Rauchb. *lib. 1. qvæſt. 2. n. 50.* † Exaudiri ta- 71.
men id volumus de Curatore mulieribus ad donandũ conſtituendo: qvod ſi enim iis de Curatore jam antea fuerit proviſum, lubentes concedimus, absq; autoritate ejus, geradam non validè donari, ſecundùm tradita *Gloſſ.* Lehenrecht *cap. 56. col. 5. in verb:* Ihr ſollet wiſſen/ daß kein Mündlein etwas gethun mag/ noch geloben/ noch laſſen/ das ihm ſchädlich mag ſeyn / ohne ſeinen Vormünden/ Andr. Goldb. *dict. membr. 3. n. 144.*

## XLI.

Qvaliacunq; autem hæc ſint reqviſita, † tum demùm ea obſervari 72.
debent, ſi mulier univerſam ſuam geradam per donationem inter vivos in aliũ transferre velit, prout ex Rubricâ pariter & totô contextu *Conſt. Elect. 14. part. 2.* ad oculum patet; De geradâ ſiqvidem loqvi-
tur, cujus alienationi certa præſcribit ſolennia: † Ecqvis verò neſcit, 73.
geradam eſſe qviddam univerſum, qvod ambitu ſuo multa univerſaliter comprehendit, omnem ſcilicet ornatum, veſtitum & ſuppellectilem muliebrem, &c. ad inſtar hæreditatis, patrimonii, dotis, pe-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0045-6

culii, &c. qvæ omnia univerſitatis ſunt nomina, Franciſc. Pfeil *lib. 1.*
*conſil. 90. n. 8.* Andr. Goldb. *de jur. gerad. cap. 1. n. 10.* Modeſt. Piſtor.
74. *part. 1. qvæſt. 21. n. 3.* † Qvod ſi ergò mulier duntaxat rem aliqvam
particularem geradicam alteri donare velit, dubium non eſt, qvin
nudâ traditione abſq; aliis ſolennitatibus id facere qveat, Simon Ul-
ricus Piſtor. *in not. ad obſervat. 190. Hartm. Piſtor. verſ. præterea per*
*Conſtitutionem &c.* Dan. Moller. *ad dict. Conſt. Elect. 14. n. 7. ubi alle-*
*gat. Weſenbec.*

## CAP. V.

## *Solennia Donationis antidoralis qvænam?*

### XLII.

Diximus *ſuprà th. 22.* Vxorem geradam ſuam per donationem inter
1. vivos in maritum transferre haut poſſe, usq; adeò, ut nec morte do-
natio hæc confirmetur, *Conſt. Elect. 13. p. 2. verb:* So ſey ſie doch nicht
befugt/ ihrem Ehemanne dieſelbige obgeſatzter maſſen zuzuwenden/
und iſt dieſe *donatio* auch ſo fern und weit unkräfftig/ daß ſie durch fol-
gendes abſterben der Frauen nicht bekräfftiget wird/ ſcilicet, † qvia de
2. jure pariter civili & ſaxonico inter Conjuges donatio eſt prohibita,
nec ſubſiſtit, priusqvam mors donantis ſupervenerit, & ſic in dona-
tionem mortis causâ qvaſi degeneraverit, *l. cum hic ſtatus. 32. ff. de do-*
*nat. int. vir & uxor.* Landr. *lib. 1. art. 31. §.* Darum mag kein Weib. Co-
ler. *p. 1. deciſ. 12. n. 22.* Joh. Schneidw. *ad §. aliæ autem. n. 57. inſt. de*
*donat.* qvæ in geradâ effectu ſuo deſtituitur, *ſupra th. 10.* Ne tamen o-
mnis præcludatur via Vxori geradam † marito donare volenti, reſtat
3. hoc unicum, ut fiat donatio intuitu remunerationis, qvæ à regulâ le-
gitur excepta, *citat. Conſt. Elect. 13. verb:* Wann aber die *donatio anti-*
*doralis* oder *remuneratoria* iſt / daß ſie *ipſo jure* unter den Eheleuten
alſobald von Anfang zuläßlich / ſo kan auch dieſelbe dißfals zu recht
vor beſtendig geſprochen werden. Deficiente nimirùm † causâ pro-
4. hibitionis, ſiqvidem ejusmodi donationis actus inter conjuges ab i-
nitiô ſtatim conſiſtit, nec indiget confirmatione per mortem, *l. qvod*
*autem. 7. §. ſi vir & uxor. l. ſed et ſi. 25. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 3. ff. pro*
*donato.* Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de donat. int. vir. & uxor. n. 4.* Joh.
Schneidw. *dict. loc. n. 58.* Andr. Tiraqvell. *in l. ſi unqvam, in verb. dona-*
*tione. n. 21.* Bartol. & Jaſon. *in. l. divortio. ff. ſolut. matrim.* Jul. Clar.
*lib.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0046-2

*lib. 4. ſentent. §. donatio. qvæſt. 3. n. 1.* Coler. *dict. deciſ. 12. n. 44.* † qvia 5.
donatio ob cauſam facta, maximè reciproca ſeu viciſſitudinaria, propriè donatio non eſt, *l. Aqvilius Regulus. ff. de donat.* ſed potiùs qvædam permutatio, *Gloſſ. in dict. l. qvod autem. 7. §. ſi vir & uxor.* Andr. Tiraqvell. *dict. loc. n. 110.* Henr. Bocer. *de donat. cap. 12. n. 4.* Andr. Goldbek. *de gerad. cap. 7. membr. 4. n. 47.* Nec diſtingvimus
† hîc inter donationem remuneratoriam ſeu antidoralem, & reci- 6.
procam ſive mutuã, vel viciſſitudinariam. Etſi enim propriè loqvendo, differentia qvædam inter duas haſce donationum ſpecies exiſtit,
† dum illa præterita ſolummodò reſpicit merita: hæc autem dona 7.
præſentia, Tiraqvell. *dict. loc. n. 109.* Goldb. *dict. membr. 4. n. 45.* Bocer. *dict. cap. 12. n. 45.* Arius Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 63. C. de bon. matern.*
promiſcuè tamen vulgò ſumuntur, donatioq; reciproca † appella- 8.
tione donationis antidoralis largè acceptæ compreheditur, & utraq; inter conjuges ſubſiſtit, *dict. l. qvod autem. 7. §. ſi vir & uxor. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. ſi pater puellæ. ubi Dd. C. de inoff. teſtam.* Andr. Gail *lib. 2. obſervat. 40. n. 7.* Goldb. *dict. membr. 4.* licèt aliter ſenſerit Dan. Moller. *ad dict. Conſt. 13. n. 6.*

XLIII.

Ut maximè verò † *dict. Conſt. Elect. 13.* generaliter & indeterminatè 9.
loqvitur de donatione geradæ inter conjuges reciprocâ & antidorali, nec ullius mentionem facit ſolennitatis, dubium tamen
non eſt, qvin reqviſita illa formalia, † qvæ *Conſt. Elect. 14. p. 2.* notan- 10.
tur, & à nobis ſpeciatim recenſita fuêre, *ſupr. c. 3. & 4.* hoc etiam caſu ſtrictè obſervari debeât, Andr. Goldb. *dict. membr. 4. n. 38.* Dn. Sigiſm.
Finckelthuſ. *obſervat. 103. n. 6. & ſeqq.* † non modò ob rationis iden- 11.
titatem, qvò nempè facilitati in diſtrahendâ geradâ non ſine injuriâ
proximæ Cognatæ, occurratur, ſed & † qvia donatio rerum utenſi- 12.
lium certæ formæ generaliter eſt aſtricta, *dict. Conſt. 14.* à qvâ remuneratoriam & reciprocam donationem ceu ſpeciem ſui generis ex-
cipere haut licet, *arg. l. ſi chorus. 79. ff. de legat. 3.* † Repetita ideoq; vo- 13.
lumus heîc reqviſita donationis geradæ judicialis & extrajudicialis, conjugibus in donatione antidorali & reciprocâ ſemper pro oculis habenda, ne omiſſis iis corruat actus donationis. Non tamen in iis
ſubſiſtendum: ſed † ſpecialia qvædam inſuper reqviſita & ſolennia 14.
in donatione hâc geradæ inter conjuges antidorali & reciprocâ obſerva-

ſervari oportet, qvorum tractationem jam aggredimur. Eſtq́; PRI-
15. MUM, vera & actualis remuneratio: † de qvâ certò conſtare debet, ita ut non modò fiat traditio bonorum utenſilium, qvæ eſt fundamentum remunerationis, ſed & ipſo actu hæc ſeqvatur; nec ſufficit ſpes remunerationis vel ſaltèm ex naturá reciprocorum, † qvorum
16. eadem eſt ratio & diſciplina, Alexand. *lib. 5. conſil. 131. n. 2.* Nicol. Boër. *deciſ. 48. n. 3* Modeſtin. Piſtor. *lib. 2. conſil. 42. n. 29.* Maurit. *de reſtit. in integr. cap. 216. num. 1.* & modus in uno, in alio etiam obſervari debet, Sylvan. *de feud. recognit. qvæſt. 31. n. 2.* Roman. *conſil. 129. num. 3.* Qvin &
17. † cum permutatio traditionem rei ab utrâq; parte jam factam præſupponit, *l. 1. ff. de rer. permut.* Anton. Fab. *lib. 6. conject. 9.* fieri non poteſt, ut ſuſpendatur remuneratio in donatione antidorali, qvia hæc ipſa qvædam habetur permutatio, *th. præced.* † Qvod ſi ergò re-
18. muneratio differatur in tempus mortis, veluti qvod maritus in teſtamento uxorem remunerationis loco heredem inſtituat, donatio
19. haut valida erit, † qvia donatio in aliud dilata tempus, ſimplex potiùs qvàm reciproca habetur, *l. cum hic ſtatus. 32. §. ſi ambo. 14. verſ. proinde rectiſſimè dicetur- l. 48. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Tiraqvell. *in dict. l. ſi unqvam. verb. donatione largitus. n. 116. C. de revocand. donat.*
20. Bocer. *dict. cap. 12. n. 6.* † Et ponit remuneratio in caſum mortis dilata conditionem, ſi nempè uxor ſuperſtes ſit marito defuncto: qvis verò conditionalem donationem, mutuam ac viciſſitudinariam ap-
21. pellitaret? obſtante † ſemper incertô conditionis eventu, Jul. Clar. *in dict. §. donatio. qvæſt. 2.* Andr. Gail *lib. 2. obſervat. 40. n. 7.*

XLIV.

Ex qvo porrò ſeqvitur, non ſufficere de meritis in genere dictum
22. fuiſſe, ſed † certa qvoq; ſint denominata neceſſe eſt, ſi maximè præterita veniant in conſiderationem, Tiraqvell. *dict. loc. num. 87.* Andr. Rauchb. *part. 2. qvæſt. 11. n. 16.* Andr. Gail *lib. 2. obſervat. 38. n. 6.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 1. concluſ. 186.* idq́; etiam ex naturâ reciproca-
23. tionis, † cum & gerada exprimi debeat, qvippè qvæ ſub generali donatione aliâs non comprehenditur, *Gloß.* in Weichbild *art. 23. n. 12. & ſeqq.* ac qvomodo qvæſo conſtare poteſt de verâ remuneratione, ſi
24. merita non exprimantur, qvia † nō qvævis hoc caſu pro legitimis & ſufficientibus habentur, ſed ea ſolummodò ad qvæ aliâs donatariſus haut tenebatur, nec enim merita jure debita, veluti ſunt operæ & obſe-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0048-3

obſeqvia ab uxore, filiô & libertô, marito, patri & patrono præſtanda, remunerationem aliqvam expoſcunt, nec donationem remuneratoriam efficiunt, qvia in neceſſitatibus † nemo liberalis exiſtit, 25.
*l. ſi ſervo. ff. de hered. inſtit. l. proxima. ff. de rit. nupt.* Goldbec. *dict. membr. 4. num. 32.* Deq; iis adeò conſtare debet, ut nec ea allegare ſufficiat, ſed & probare neceſſum ſit; Non etenim † ſufficit, de meritis 26.
in genere vel ſpecie qvicqvam aſſeri, ſi non probata fuerint, maximè inter perſonas prohibitas, qvales ſunt vir & uxor, Andr. Tiraqvell. *ad dict. l. ſi unqvam. verb: donatione largitus. num. 87.* † nam in 27.
prohibitis non creditur aſſertioni etiam ſpeciali donantis, ideò factæ, ut valeat donatio aliâs invalida, per *l. qvi teſtamentnm. ff. de probat.* Goldb. *dict. loc. n. 3.* Tiraqvell. *cit. loc. n. 89.*

XLV.

SECUNDUM hujus donationis reqviſitum deſiderat, † ut utraq; 28.
donatio fiat in continenti, ſive uno eodemq; contextu; qvia eſt qvędam permutatio, *Gloſſ. in l. qvod autem. 7. §. ſi vir. & uxor. ff. de donat. int. vir. & uxor.* qvæ procul dubio præſentem rei traditionem ab utrâq; parte in continenti factam præſupponit, *l. 1. ff. de rer. permutat.* † ex qvô etiam donatio qvævis mutua atq; reciproca ita per- 29.
ficitur, ut eôdem contextu & veſtigiô eôdem, alter ab alterô, atqve ita uterq; aliqvid confeſtim capiat: veluti, ſi donem tibi fundum, & tu mihi vice mutuâ eôdem contextu dones domum, Henr. Bocer. *de donat. cap. 12. n. 3.* Tiraqvell. *in dict. §. donatione largitus. n. 110. & 116. in fin. C. de revocand. donat.* † Qvod ſi ergò non unô contextu, ſed ex 30.
intervallô, donatio fiat antidoralis, ita ut uxor hodiè geradam, & poſt annum demum Maritus aliqvid reciprocè donet, neqvaquàm actus donationis ſubſiſtit, ut probat per *l. qvæ jam nuptæ. 48. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Goldb. *dict. membr. 4. n. 51.* Gail *lib. 2. obſervat. 40. n. 7.* Hartmannus Hartmanni, *lib. 2. obſervat. tit. 44. obſervat. 2 n. 9.*
† At qvænam unô contextu fieri dicitur mutua donatio? Dubium 31.
hoc ita reſolvit Tiraqvell. *dict. loc. n. 117. & 119.* ut ſaltem longum excludatur intervallum, ſi verò unâ die ac locô facta ſit donatio; in continenti & unô contextu cenſeatur peracta, *arg. l. lecta. ff. ſi cert. petat. l. cum antiqvitas. C. de teſtam. & l. heredes palàm. §. uno contextu? ff. eod. tit. l. ſi ita fuero. §. cum pecuniam. ff. de donat.* Bald. *in l. pen. §. mulier. ff. ſolut. matrim.* † Nec actum hunc invalidat, ſi do- 32.

natio reciproca in diverſis fuerit facta inſtrumentis, modò in continenti, Gvid. Pap. *ſingul. 878.* Tiraqvell. *citat. loc. n. 117.* qvia remuneratoria donatio duplicem in ſe continet actum, perindè ut teſtamentum vel donatio mortis causâ inter conjuges reciproca, qvidni ergò etiam in duplici inſtrumento, unâ die, eodemq; locô conſignata ſubſiſteret? ſufficit † enim unam alteriûs contemplatione fieri
33. donationem, idq; in inſtrumentis exprimi, qvò de remuneratione, qvæ eſt baſis & fundamentum hujus actus, liqvidò conſtet. Jaſon *in l. 1. §. 1. col. ult. ff. de Verb. obligat.* Tiraqvell. *dict. n. 119.* Hippol. *de Marſil. in repetit. Rubr. de probat. n. 393.*

XLVI.

34. Tertium ſuccedit reqviſitum, † qvod eſt æqvivalentia rerum utrinq; donatarum: Nec enim valebit donatio geradæ antidoralis, ſi æſtimatio ejus donum reciprocum ſuperet, in eo nempè, qvod ſuperfluum & æqvale non eſt, Andr. Goldbeck *dict. membr. 4. num. 54.*
35. Bocer. *de donat. cap. 13. n. 23.* † qvia reciprocatio non habet, in qvô pedem figat, ut hinc donatio in eo qvod abundat, non poteſt non pro ſimplici haberi, qvæ inter conjuges haut admittitur, *l. ex annuo. 15. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. ex morte. 9. l. 10. & Auth. æqvalitas. C. de pact. convent.* Tiraqvell. *dict. loc. n. 122.* Salycet. *in l. 1. C. de donat. an-*
36. *te nupt.* Rauchb. *part. 2. qvæſt. 11. n. 16.* † qvare maritus ad reſtitutionem ſuperflui in geradâ tenetur, niſi relictâ eâ, donum ſuum recipe-
37. re velit, † qvod arbitrio ipſius committendum judicarunt Scabini Lipſienſes, *hiſce formalibus pronunciantes ad reqviſitionem Chriſtia-*
38. *ni Zchammers, menſ. Febr. Anno* 1641. Jſt † eine Adeliche Frau auff dem Lande/von welcher eure Frage meldet/ohne Leibes-Erben todes verfahren/ und hat ihren Ehejunckern an einem/ dann ihre leibliche Schweſter am andern Theil/ benebens einer Erbſchafft und ſtattlichen Gerade nach ſich verlaſſen/worauff bemeldte Schweſter die Gerade Stücken vermittels eines beſtändigen *Inventarii* oder endlichen *Specification*/ von dem überlebenden Ehejuncker gefordert/welcher aber dawider mit einer *donation*, dadurch ihme ſein verſtorbenes Eheweib ihre Gerade den *29. Octobr. Anno* 1636. zugeeignet/ ſich zubehelffen gemeynet/geſtalt er auch Abſchrifft ſolcher Ubergabe *produciret*. Ob nun wol dieſelbige unter den Lebendigen mit Zuziehung eines *Curatorn* auff Seiten der *donatricin*, wie auch nebens überreichung

der

der Schlüſſel/ und einer ſonderbahren *Specification* Gerichtlichen geſchehen/ wogegen ihr der Ehejuncker zur *remuneration* eine *obligation* auff 800. Rthal: benebens den Vierjährigen Zinſen davon/ *in continenti* verehret/ und alſo bey dieſer *donatione antidorali*, die gebührenden *Solenniteten* meiſtentheils in acht genommen worden/ Dieweil aber dennoch unter der geſchenckten Gerade und dafür *cedirten obligation* der 800. Rthal: beneben den Vierjährigen Zinſen/ gantz keine *æqvivalentz* und gleichheit/ ſo doch in dergleichen *donationibus reciprocis* unter den Eheleuten hoch nötig/ verhanden/ in deme allein die Ketten/ Armbändere/ Bildnüſſe/ Kleinodien und Umbhänge/ dem bloſſem golde und gewichte nach/ über 1500. Rthal: außtragen/ darüber auch die Perlenen Ketten auff 800. Rthal: geſchätzet/ die andern *pretioſa* an Halßbändern/ Ringen/ Edelſteinen/ Perlen/ ſo wol 24. gebett Betten/ und in groſſer anzahl befindliches Geräthe/ Schaffen/ Brautwagen/ und was unter Adelichen Perſonen zur Gerade gehörig/ ſich auch auff ein ſehr hohes belauffen/ alſo/ daß die geſchenckte Gerade Stücke ohngefährlich in die 8000. Rthal: würdig/ und die gegenverehrte *obligation* der 800. Rthal: benebens dem Vierjährigen Zinſen vielmal übertreffen/ So mag dahero beniembte Ubergabe/ als eine *donatio geradæ antidoralis* unter den Eheleuten allerdings nicht beſtehen/ ſondern es iſt der überlebende Ehemann ſeines verſtorbenen Weibes Gerade/ dero Schweſter als der nechſten Niffte!/ vermittels eines richtigen *Inventarii* oder endlichen *Spe-* 39.
*cification* außzuantworten ſchüldig/ † Jedoch wird ihme ſeiner beliebung nach/ entweder ſolche *obligation* der 800. Rthal: und Vierjährigen reſtirenden Zinſen wieder außgeantwortet/ oder doch ſo viel Gerade Stücke/ ſo dem werth nach ſelbige Summa erreichen/ billich inne gelaſſen/ V.R.W. Rectè omninò electio tribuitur mari-
to, † qvia eſt debitor ad reſtituendum obligatus, cui datur optio in 40.
alternativis, *l. plerumq́ʒ. 10. §. ult. ff. de jur. dot. l. ſi heredi plures. 5. ff. de condit. inſtit. l. 6. §. 1. ff. de jur. patronat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 24.*
*defin. 13. n. 1.* † Magna tamen ſolummodò inæqvalitas vitiat actum 41.
reciprocæ donationis; non etiam modicus exceſſus qvi parùm at-
tenditur, nec † degenerat hinc ſtatim actus antidoralis in ſimpli- 42.
cem donationem, *dict. l. ex annuo. verb: ſi ſatis modicum eſt.* Tiraqvell. *dict. verb. donatione largitus. n. 123. C. de revoc. donat.* Bocer.

43. *dict. cap. 13. n. 24.* † qvia modicum & nihil in jure æqviparantur, *cap. licet cauſam. 9. extr. de probat.* Bald. *in Auth. præterea. circa fin. C. unde vir. & uxor.*
44. † Qvis verò modicus dicatur exceſsus, non tàm ex donationis qvantitate, qvàm donatoris divitiis & dignitate judicandum arbitratur Tiraqvell. *dict. loc. n. 84.* qvamvis & judicis arbitrium heic excluſum non ſit,
45. † cui relictum cenſetur, qvod jure definitum haut eſt, *l. 1. §. ult. ff. de jure deliber.* Jaſon *in l. jubere. n. 17. ff. de jurisd.* Andr. Tiraqvell. *de pœn. leg. temper. cauſ. 31. n. 34.* Jac. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 3. qvæſt. 104. n. 9.*

## XLVII.

Qvartum donationis geradæ antidoralis inter Conjuges reqviſitum in eô acqvieſcit,
46. † ut Curator in litem adhibeatur, qvod qvidē alias donationi rerum utenſilium judiciali commune eſt, ſpeciale tamen qvoad donationē extrajudicialē, qvam & ſine Curatoris autoritate firmiter celebrari diximus *ſupr. th. 40.*
47. † At nunqvā mulier haud interveniente Curatore marito geradam donare valet, Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 13. n. 11. part. 2.* Andr. Goldb. *dict. membr. 4. n. 91.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 12. n. 39.* Joc. Thoming. *deciſ. 6. n. 1. & ſeqq.*
48. † Nec enim Uxor cum Viro contrahere, aut ei donare qvid poteſt, niſi interveniente Curatore, qvi autoritatem actui præſtat, Chriſtoph. Zobel. *in differ. jur. civil. & Saxon. lib. 1. differ. 7.* Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 15. n. 51. part. 2.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de fundo dotal. n. 7.*
49. † Ex qvo enim uxor poſt nuptias celebratas in poteſtatem & tutelam mariti ſui tranſit, Landr. *lib. 3. art. 31.* non poteſt cum ipſo ceu tutore ſuô absqve aliô Curatore qvicqvam agere aut ei donare, *§. ult. inſt. de autoritat. tutor. l. 5. ff. eod. tit.*

## XLIIX.

50. Hiſce reqviſitis probè obſervatis, † valida habetur donatio geradæ antidoralis inter conjuges: nec eſt, ut de aliis ſint ſoliciti; qvare nec inſinuatione judiciali opus erit, qvando bona utenſilia qvingentos exceſſerint ſolidos ſive ducatos;
51. † qvod & in omni aliâ donatione reciprocâ ſive remuneratoriâ obtinet, Oldrad. *Conſil. 139.* Dec. *conſil. 202. col. 4. verſ. non omitto tamen.* Henr. Bocer. *de donat. cap. 12. n. 12.* Guido Papa *ſingul. 400.*
52. † ſcilicet, qvia ejusmodi donatio, propriè talis non eſt, *l. Aqvilius. 27. ff. de donat.* Andr. Gail *lib. 2. obſervat. 39.*

*n. 24*

*n. 24.* Jul. Clar. *dict. §. donatio. qvæſt. 3.* ergò nec ei omnes donatio-
num qvalitates accommodandæ, Johan. Schneidwin. *dict. §. 2. n. 36.*
*inſt. de donat.* † Conſeqvens hiſce, qvod nec venditio geradæ conju- 53.
gibus interdicta, nec ad commemorata donationis antidoralis ſo-
lennia ſit adſtricta, † Nullibi enim prohibetur Uxor geradā vendere 54.
ſuo marito, Curatoris modò autoritas acceſſerit, Landr. *lib. 1. art. 31.*
*& art. 45. lib. 3. art. 45.* Andr. Rauchb. *part. 1. qvæſt. 32. in pr.* Jacob.
Thoming. *deciſ. 6. num. 2.* † at qvod prohibitum non eſt, cenſetur 55.
permiſſum, *l. nec non. ff. ex qvib. cauſ. major. l. mutus. ff. de procurat.*
† Cumq; conjuges emere invicem & vendere, ſocietatem contrahe- 56.
re, mutuo dare, pignorare, permutare, & deniq; omnis generis ne-
gotia tractare & celebrare poſſint, non ſecus ac qvivis extranei, ſolā
donatione remotâ, *l. Aurelius. §. ult. ff. de liber. legat. l. ſi Vir uxori.*
*ff de præſcript. verb. l. qvod autem. §. ſi uxor. l. ſi mulier. ff. de donat. int.*
*vir. & uxor.* † qvid cauſæ eſſet, ut venditio geradæ exciperetur? Dan. 57.
Moller. *ad Conſt. Elect. 13. n. 13. p. 2.* Andr. Goldb. *dict. membr. 4. n. 61.*
Qvod tamen limitatum velimus, ſi venditio † fiat in fraudem legis 58.
& animo donandi, *arg. l. vir uxori. ff. ad SCtum. Vellejan. & l. ſi qvis*
*donationis. 38. in fin. ff. de contr. emt.* qvod tamen non præſumitur,
ſed probari debet, Bald. *in l. qvod autem. §. ſi tibi maritus. ff. de donat.*
*int. vir. & uxor.* † licet gerada minori pretio, qvàm revera valebat, 59.
fuerit marito vendita, *l. ſi ſponſus. 5. §. circa venditionē. 5. ff. de donat. int.*
*vir. & uxor.* Goldb. *dict. membr. 4. n. 79.* Etſi enim id qvod verū excedit
pretium; donatum cenſetur, *l. 1. ff. ſi qvid. in fraud. patron.* † attamen 60.
donum hoc qvia pretii non geradæ eſt, morte confirmatur perindè
ut qvævis alia donatio (modò non ſit geradæ) inter conjuges ce-
lebrata, *l. cum hic ſtatus. 32. ubi* Bartol. & Dd. *ff. de donat. inter vir.*
*& uxorem.*

## CAP. VI.

### *Qvis donationis geradæ effectus?*

XLIX.

Reſtat ut effectum donationis geradæ diſpiciamus, qvi duplex verè 1.
eſt & diverſus; Acqviſitio nimirum geradæ, & ejudem amiſſio: illa
donatarium, hæc donatricem concernit. Qvamprimùm enim tra-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0053-1

2. ditur gerada donatario, † fieri haud poteſt, ut non transferatur in ipſum geradæ dominium, *§. per traditionem. 40. inſt. de rer. diviſ. l. qvâ ratione. 9. §. hæ qvoq; res. 3. ff. de acqvir. rer. domin.* Atqvi ſine traditione donatio non perficitur, *ſupra th. 32. & 38.* ut hinc benè inter modos
3. dominium acqvirendi referatur. † Ex qvô donatario competit Rei vendicatio, non modò adverſus iniqvum rerum geradicarum detentorem, ſed etiam contra ipſam donatricem, ſi forſan unam vel aliam rem ad bona utenſilia pertinentem, factâ donatione per traditionem fictam, retinuerit, aut poſt actum donationis denuò acqviſi-
4. verit, directâ eâ ad res futuras: nec enim qvicqvam obſtat, qvò minùs gerada etiam futura donari poſſit, ex regulâ communi, qvæ donationē futurarũ admittit, *l. 9. §. 1. ff. de donat. l. 3. C. eod.* qvâ tamdiu ſtandũ,
5. donec qvoad geradã probetur exceptio; † Qvô & facit *Gloſſ. latin. lib. 1.* **Landr.** *art. 27.* ubi dicitur, poſſe mulierem per donationem inter vivos, res omnes ad geradam pertinentes, qvas vel tunc poſſidet, vel ad qvas jus aliqvod habet, alienare, *l. ab eâ parte. ff. de probat. cap. ult. extr. de reſtit. ſpoliat.* Cagnol. *in l. 2. n. 185. C. de pact. int. emt. & vend.* Bald. *in l. ſi tutor. 6. in fin. C. de ſerv. pign. dat manumiſſ.* qvæ verba ſic
6. explicat. Goldbeck, ut per verba: † *Qvas tunc poſſidet*, res præſentes vel qvæſitæ; per verba verò: *ad qvas jus aliqvod habet*, res futuræ vel qværendæ indigitentur, *d. ct. cap. 7. memb. 2. n. 9.* ſed hoc ita, ſi expreſſa in donatione geradæ rerum futurarum facta
7. fuerit mentio: † Cæteroqvin ſub verbis univerſalibus res poſt factam donationem qvæſitæ haud comprehenduntur, Bartol. & Dd. *in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de Verb. obligat.* Jul. Clar. *dict. §. donatio. qvæſt. 19. n. 4.* Goldb. *dict. membr. 2. n. 43.*

L.

8. Nanciſcitur ergò donatarius ex factâ donatione, rerum geradicarum dominium: idq; firmum ac perpetuum, ſi aliud expreſsè haud actum fuerit à donatrice; qvæ donationi temperamentum ac con-
9. ditionem addere haud prohibetur, † veluti ut donatarius geradam retrodonet donatrici, ſi nupſerit, vel forſan ægrota reconvaluerit. Qvæ conditio neutiqvàm vitiat donationem, *l. 2. C. de donat. qvæ ſub*
10. *mod. vel condit. vel cert. temp. confic.* † idq; tanto minùs, qvanto propiùs donatio ejusmodi, ſub conditione de retrodonando inita, acce-

dit

dit ad donationem remuneratoriam, qvæ ceu impropria, non aſtri-
cta eſt regulis ac legibus aliarum donationum, *l. Aqvilius, ff. de donat.*
† fit namq; cum onere, eâq; ſpe, ut tantum recipiat donator, qvan- 11.
tum donat, Jul. Clar. *dict. §. donatio. qvæſt. 2.* Andr. Gail *lib. 2. ob-
ſervat. 40. n. 7.* † Cumq; in emtione venditione ſubſiſtat pactum de 12.
retrovendendo, qvô Venditori datur facultas rem venditam redi-
mendi, exercendo legem revenditionis contractui adjectam, *l. 2. C. de
pact. int. emt. & vendit.* Andr. Rauchb. *part. 2. qvæſt. 19. n. 1.* non certè
cauſam advertere poſſumus, qvæ in donatione pactum de retrodo-
nando irritum reddat; † neutrum enim naturæ ac qvalitati actûs 13.
& negotii adverſatur: neutrum poſſeſſorem in jure ſuo, qvousqve
poſſidet, turbat, *Dd. in dict. l. 2.* Rauch. *dict. qvæſt. 19. n. 9.* Franciſc.
Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 48. n. 1.* † Eoq; pactô 14.
non parùm videtur conſultum mulieribus, metu mortis imminen-
tis geradam ſuam donantibus ei, cui benè volunt, ne ſi fortè recon-
valeſcant, de geradâ amiſsâ cauſam conqverendi habeant; qvam
cautelam hinc notatu planè dignam judicamus. † Niſi qvis illam 15.
propterea impugnare auſit, qvod pactum de revocando inutilem
planè & nullam reddat donationem inter vivos, qvæ ſui naturâ eſt
irrevocabilis, *l. Ariſto. 18. in pr. & ibi* Bartol. *ff. de donat.* Jul. Clar. *dict.
§. donatio. qvæſt. 5. n. 3.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præſumt. 15. n. 25.* Fran-
ciſc. Vivius *deciſ. 434. n. 12. & 13.* ſed errat † qvicunq; pactum de re- 16.
trodonando confundit cum pacto de revocando. Ex qvo enim re-
vocatio donationem ſemel factam reſcindit & annihilat, to-
tumq; negotium in priſtinum ſtatum reddit; non poteſt non pa-
ctum de revocando ei adverſari, Bartol. *citat. loc.* † At pactum de 17.
retrodonando donationem non alterat, nec infirmat, ſed ſaltem
donatarium ad novam conſtringit donationem, hôcq; ipsô prio-
rem donationem potiùs confirmat, qvàm annihilat, qvâ non
ſubſiſtente, haud opus eſſet retrodonatione, perinde ut in re- 18.
trovenditione fieri videmus. † Neqvaqvam ergò â pacto
de revocando ad pactum de retrodonando argumentari li-
cet. Eſtq; illud propterea inviſum, qvia invito donatario jus
ei ſemel qvæſitum aufert; Hoc autem non niſi conſentiente 19.
ipsô, & ex ſpontaneâ conventione effectum ſortitur, † ut ſic dona-
tarius nil niſi factū proprium, qvod in pactum conſenſerit, deplora-
re poſ-

re poſſit, cui tamen ex poſtfacto contravenire fas ipſi haut eſt, *l. juris gentium. 7. §. 7. ff. de pact.*

## LI.

Annullatur etiam effectus donationis qvoad dominium donatario acqviſitum, † ex ejuſdem ingratitudine, ob qvam non minùs gerada ac qvævis res alia donata poteſt revocari, *§. aliæ autē. 2. verſ. ſciendum eſt tamen. Inſt. de donat. l. ult. C. de revocand. donat.* modò

21. cauſa ingratitudinis † juſta ac ſufficiens adſit, qvæ nempè *in dict. ult.* reperitur expreſsa, veluti colligere eſt ex verbis ſanctionis Juſtinianeæ, qvæ ita habent: *Ex his enim tantummodò cauſis donationes factas everti concedimus &c.* qvô & idem reſpexit Juſtinianus *in dict.*

22. *§. 2. ibi: Certis ex cauſis &c.* Propoſitum nempè fuit † Imperatori, certas qvaſdam cauſas definire, ob qvas donationem revocare liceret, cæterasq́; excludere; adeoq́; nec ſimiles nec majores erunt admittendæ, ut benè tradunt Salycet. *in dict. l. ult.* Joh. Schneidwin. *ad dict. verſ. ſciendum. n. 6. & ibi* Harppr. *num. 157. inſtit. de donat.* licet aliter ſentiant vulgò Dd. Anton. Gometz. *tom. 2. variar. reſol. cap. 4. n. 14.* Jul. Clar. *dict. §. donatio. qvæſt. 21. n. 2.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. qvæſt. lib. 2. cent. 2. caſ. 130. n. 3.* Reinh. Bachov. *in animadv. ad Treutler. vol. 2. diſp. 19. th. 7. lit. d.*

## LII.

23. Non minùs † qvoq; annihilat effectum donationis geradæ ſupervenientia filiarum, ex qvâ ipſo jure exſpirat & revocatur donatio; Qvod juris in qvâvis obtinet donatione, *l. ſi unqvam. 8. C. de re-*

24. *vocand. donat.* † qvæ licet de ſolô patronô donatore, & libertô donatariô disertè loqvatur, rectiſſimè tamen ex rationis identitate ex-

25. tenditur ad qvemcunq́; donatorem liberos non habentem, † qvia nemo præſumitur proprio ſangvini extraneos anteferre voluiſſe, *arg. l. cum avus. 102. ff. de condit. & demonſtr. l. generaliter. 6. §. 1. C. de inſt. & ſubſtit. l. cum acutiſſimi. 30. C. de fidei commiſſ.* Joh. Schneidwin. *in §. 2. verſ. ſciendum. num. 8. inſtit. de donat.* Henr. Boeer. *de donat. cap. 3. num. 110.* Anton. Gometz. *2. variar. reſolut. 4.* Herman. Vultej. *ad dict. §. 2. num. 7. & ibid.* Harpprecht. *num. 184. inſtit. de donat.* Jul. Clar. *dict. §. donatio. qvæſt. 22. n. 1.* Andr. Tiraqvell. *in dict.*

26. *l. ſi unquam. verb. libertus. num. 41. & ſeqq.* † Qvidni ergò etiam ge-

radæ

radæ donatio ex ſupervenientiâ filiarum poterit revocari ? Eſtq; revocatio hæc longè favorabilior, qvàm ex cauſâ ingratitudinis,† qvia 27.
fit ipſo jure, *l. 8. in verb. revertatur. ubi* Dion. Gothofred. & Donell. Jul. Clar. *dict. verb. donatio. qvæſt. 23. num. 8.* qvare licet donatrix tacuerit, eâ tamen defunctâ, † geradam filia repetere valet, ſecun- 28.
dùm tradita Baldi & Salicet. *ad dict. l. ſi unqvam. 8. C. de revocand. donat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 36. defin. 14. num. 3.* Qvin etſi donatrix tempore donationis jam filias habeat ſuperſtites, † ex a- 29.
liarum tamen ſupervenientiá, res geradicas vendicari poſſe, exiſtimat Jul. Clar. *dict. qvæſt. 22. num. 3.* Non ſine ratione juris: modò non indifferenter huic aſſertioni inhæreamus, † nec judicantis ar- 03.
bitrium excludamus, *arg. l. voluntatis. 7. C. de fideicommiſſ. l. 1. §. 1. ff. ad SCtum Turpill. l. ordine. 15. ff. ad municip.* Hoc autem certum, qvod † donatio geradæ antidoralis ſive reciproca hâc ex cauſâ non 31.
revocetur, ſicuti nec aliâs donationi remuneratoriæ, liberorum ſupervenientia obeſt, Johan. Schneidwin. *in dict. §. 2. verſ. ſciendum. num. 11.* Jul. Clar. *qvæſt. 21. num. 4.* Jaſon. *lib. 2. conſil. 154. num. 2. in fin.* † qvia longè aliud eſt beneficium dare, aliud reddere, *l. ſed etſi. 25.* 32.
*§. conſuluit. ff. de petit. heredit.* & donatio qvatenus accepti beneficii ratio cauſam remunerationis admittit, vera donatio non eſt, *l. Aqvilius. 27. ff. de dont.* Jul. Clar. *dict. loc. n. 4.*

## LIII.

Qvoad donatricem verò † effectus donationis in amiſſione 33.
rerum geradicarum conſiſtit: qvantum enim per donationem hanc donatario accedit, tantum vice verſâ decedit donatrici; & uti ille acqvirit dominium geradæ, ita hæc id amittit, & ſimul cum dominio uſum, niſi eum verbis expreſſis † ad vitam ſibi reſervaverit, qvod 34.
procul dubio facere poteſt, *Conſtit. Elect. 14. part. 2. in fin. ibi:* Und in allen dieſen Fällen / mag die *donatrix* ihr den *Uſum* und Gebrauch auff ihr Leben vorbehalten / welches alſo geſchehen kan / daß nach der *tradition* der *donatarius* ihr die *donirten* Stücke oder die Schlüſſel darzu wieder zuſtelle / Andr. Goldbeck *de jur. gerad. cap. 7. membr. 1. num. 8. & membr. 3. num. 77.* † Qvin & vix aliter hodiè gerada do- 35.
nari ſolet, qvàm ſub reſervatione uſûs ad vitam, qvod nec à jure ci-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0057-3

vili alienum, qvo donatoribus facultatem hanc novimus datam, *l. qviſqvis. l. ſi qvis. argentura. §. ſed ſiqvidem. C. de donat. l. Seja.*
36. *in pr. ff. de mort. cauſ. donat.* † Qvamvis autem communi ferè loqvendi uſu obtinuerit, ut mulier ſub prædictâ conditione geradam donans, uſumfructum ejus ſibi dicatur reſervare, minus propriè tamen hoc fit, nec fructuum nomine qvicqvam capere licet ex gera-
37. dâ. † Rectiùs verò uſus rerum geradicarum donatrici reſervatur, qvi ſcilicet in tanto conſiſtit emolumento, qvantum utenti ad qvoti-
38. dianum uſum ſufficit, *l. plenum. 12. §. 1. ff. de uſu & habitat.* † Nec proprius veſtimentorum, in qvibus gerada potiſſimùm conſiſtit, datur uſusfructus, ſed improprius, cautione præſtitâ ex SCto, §. *conſtituitur. 2. inſtit. de uſufr.* qvæ baſis & fundamentum ejus habetur, *l. 2. l. 4. l. 5. §. 14. l. 6. & ſeqq. ff. de uſufr. ear. rer.* de qvâ tamen
39. in donatione rerum utenſilium experientia parum docet; † Ac licet uſuarius qvoq; ſatisdare cogatur, ſe uſurum re boni viri arbitratu, ita ut illam non reddat deteriorem, neq; immutet, *l. huic. ſtipulationi 5. §. 1. ff uſufr. qvemadm. caveat. l. fundi. 15. in fin. ff. de uſu*
40. *& habitat.* † Incivile tamen eſſet, cautionem exigere à donatrice, qvæ ex liberalitate beneficium contulit, *l. ad res donatas. 62. ff. de æ-*
41. *dilit. edict. l. divus pius. 28. ff. de reg. jur.* † Obtinuit hinc ergò ut in caſu donationis ſatisdatio ceſſet, *Gloſſ. in dict. l. ſi qvis argentum. verb. æſtimatione. C. de donat.* Octav. Cacher. *deciſ. 153.* Anton. Hering. *de fidejuſſ. cap. 5. num. 208.* Pinell. *ad l. 1. part. 2. num. 80. de C. bon.*
42. *matern.* † qvo jure etiam utimur in donatione geradæ, Roſa *ad Dan. Moller. in Conſtit. Elect. 14. n. 5.* Goldb. *dict. membr 3. n. 97.*

## COROLLARIA.

I.

*LEcti in diverſorio publico Geradæ non accenſentur.*

II.

*Clericus Matri in Geradâ ſuccedit, non etiam filiæ aut ſorori, multo minùs Uxori prædefunctæ.*

III. *Non*

III.

*Non obſtat Statutum Lipſienſe geradam ſuperſtiti marito deferens, qvo minùs ſponſa in præjudicium ſponſi, ceu futuri mariti diſtrahere eam valeat. Per teſtamentum verò ſponſæ ſucceſſio in reliqvis mobilibus, haud adimitur futuro marito.*

IV.

*Cognata qvæ ſimul hæres eſt defunctæ mulieris jure retortionis haut obſtante petit geradam, licet commoretur in loco qvô uſitata non eſt gerada.*

V.

*Æs alienum mariti Vidua ne qvidem in ſubſidium de geradâ ſolvere tenetur licet ejus nomine fuerit contractum.*

SOLI DEO GLORIA.

---

ATqvi hoc præſidium ſexûs ſeqvioris, & omne,
Qvicqvid habet Conjux, ampla Gerada rapit.
Inde fit ut criſtas tollant, ut Sceptra Mariti
Protinùs Uxores ſolicitare velint.
Ambitio ipſarum venalem invaderet Orbem,
Et vel ad exitium qværeret ire ſuum.
Callida nî vires ipſis Natura negaret,
Inq́; Viri obſeqvium fœmina nata foret.
Dulce eſt in Dominæ labiis, teneriſq́; lacertis
Errare; at nummis qvàm grave conſtat idem.
Sed tamen ex voto fuerat redimenda voluptas,
Hinc Dominæ ad nutum tota Gerada cadit.
Pandite nunc veſtras HERMANNO adſtante Geradas,
Uxores, veſtro conſulit ille bono.
At Tibi, dum nodos et legum ænigmata ſolvis,
Gratulor, & Laudis nomina magna precor.

*fac. in honorem*
Eximii Domini Reſpondentis
*Caſparus Zieglerus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0059-8

QK 96e 1081

N. 3.

Reginam ſecu [illegible] pin. *de Do-*
*man. gallic. lib.* [illegible]

10. Magis † fave [illegible] arũ nexu eas
ob imbecillita [illegible] nſenſus Cu-
ratoris acceſſe [illegible] nt maritatæ
ſive ſolutæ, Vi [illegible] bi perſonam
11. ſtandi legitim [illegible] qvicqvam a-
gere, donare, v [illegible] entur, Land=
recht *lib. 1. art.* [illegible] *n art. 30. n. 4.*
*lib. 3. Conſt. Ele* [illegible] adeò, ut nec
firma ſit muli [illegible] † qvantum-
12. vis juramentu [illegible] Joh. Zanger.
*dict. cap. 11. n. 2* [illegible] *n pouvoir de*
*ſon mary. Gloſ* [illegible] *. 105.* qvippe
13. † qvod autori [illegible] uliebris ſub-
ſtantiali, And [illegible] ſâ, qvicqvid
actum eſt pro [illegible] Coler. *part. 1.*
*deciſ. 67. n. 21.* a [illegible] od nullũ eſt?
14. *l. non dubiũ 5.* [illegible] enim id ad-
dit actui ſuper [illegible] et vel exten-
dit, Udalr. Za [illegible] *ſecut.* Octav.
Cacheran. *dec.* [illegible] *art. 4. cent. 1.*
*caſ. 16. n. 10.* Tir [illegible] *revoc. donat.*
† Licet ipſæm [illegible] idq́; ſine Re-
15. ligionis cont [illegible] *. n. 2.* per hoc
Deo obſtrictæ [illegible] um, *Pſalm.*
*75. verſ. 12. Num* [illegible] Natta *conſil.*
*506. n. 14.* Pariſ. [illegible] *dividuntur.*
*n. 40. ff. de verb.* [illegible]

16. Pleniſſimo [illegible] co in ſucceſ-
ſionibus eſt pr [illegible] umfructum
17. duplicatum e [illegible] ſingulis cen-
tenis decem [illegible] â agnoſcen-
tes, *Conſt. Elect* [illegible] *pr. & num. 1.*

Henr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39700-p0061-5